# PYLADAE GENEALOGIA

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Ad Lucam Tertiũ patritiorũ Brixiæ Splẽdorẽ
Et Mecœnatem ſuum.
Pylades:

Tertie Cura poli: Muſarum gloria Luca:
Carmine Diuorum ſuſcipe quæſo genus:
Q uod pylades nuper fictum tibi dedicat uni:
Dum ſibi præſidii te ſatis eſſe putat.
Nil habuit maius quo te lux maxima uatum
Munere deuotus poſſet adire Cliens.
Q uicqd.n. incõſtãs homini fors addit: & aufert:
Argenti & rerum: poſſidet ille nihil:
Contentus Caſulæ & modici poſſeſſor Agelli:
Si modo uix tenuis ſuppetat ore cibus.
Hunc tu iudicio poſtq̃ grauiore libellum
Terſeris: in populum: ſi uolet: ire iube.

UNIVERSITY OF LONDON WARBURG INSTITUTE

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## Deorũ Genealogiæ a pylade uerſibus Cõcluſæ Liber primus.

CArmine Cõcipimus Geneas cãtare deoꝝ:
Quos pia gentiles turba uocare ſolet:
Quo nã qſq; pr̃e: & q̃ ſit gẽitrice creat⁹:
Forſitan & clarum ſi quid in orbe dedit:
In quibus Aſcræi pars eſt non ultima uatis.
Multa etiam ſiculus quæ Diodorus agit.
Quicquid & aggeſſit quondã Certaldus ĩ unũ:
Aut ueteres ſcriptis nos docuere ſuis.
Melpomene aſſiſtas turba comitante ſororum.
Res & in hoc ſchedio ueſtra putatur agi.
Quem primũ longæua deum Cõmenta uet uſtas
Dicitur: huic nomen Gorgonis illa dedit:
Quod neq; fas aperire foret: nec ꝓdere cuiquã:
Hac uenerata ſuum religione deum.
Hunc ſine principio: nulloq; autore parentem
Credidit in tenebris degere poſſe Chai.
Id chaos (ut perhibent) rudis atq; incondita reꝝ
Materies uno corpore iuncta fuit.
Cui neq; quam poſſet quiſquã dignoſcere formã:
Nec niſi pondus iners & graue: uultus erat:
Dicitur hanc deus is ſedem tenuiſſe profundam:
Hinc factum: ut nulli Cognitus ille foret:
Qui congeſta Chao diſcordia ferre tumultum
Semina concipiens intulit hiſce manum.
Litigium eduxit primum id ſine matre profectũ:
Panaq;: Tum Parcas exiliiſſe ferunt.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Prima fuit Clotho. lacheſis ſubit. Atropos inde.
Hæ manibus uitam fataq; noſtra gerunt.
Ipſe Polum digitis poſt hæc concluſit in orbem
Exiguum ductis. ſic uaga fama canit.
Protulit hinc terram dictam quoq; nomie ueſtę:
Quæ famam: & Noctem: Taygetemq; parit:
Tartaron: Antæum: numero quæ pignora quiq;
Sola creat: nullo ſemine fulta uiri.
Tum terræ iunxiſſe latus: Phytonaq; magnum:
Inde Erebum fertur progenuiſſe deus.
Mox Erebum de nocte ferunt ter pignora ſeptem
Gignere Primus Amor diceris eſſe puer.
Gratia dehinc: paciensq; Labor: liuenſq; uenenũ
Inuidię: Met⁹ hic: Frauſq;: doluſq; ſubit. .i. ptinacia
Humaniſq; tenax nimium quę mentibus hæret.
Nonus Egeſtatem ſuſtinuitq; locus. .i. miſeria
Hinc ea quæ miſeros fertur ſortita: Fameſq;:
Cum ſenio: Morbus: Deinde Querela uenit.
Pallorẽ: & tenebrã: ac ſomnũ: Mors atra ſequuta
Atq; Charon. pene eſt ultima nata Dies (eſt:
Aſt oriens æther concluſit uiſcera matris.
Cui ſoror eſt natos proxima nixa duos.
Hunc primum dixere Iouẽ monumenta uetuſta:
Hunc Celium: atq; idem Celius eſſe poteſt.
Iuppiter e Cerebro natam eduxiſſe mineruam
Dicitur & nulla de genitrice ſuo.
Altera nata tulit nomen Proſerpina matris:
Quæ (ſi uera canunt) illius uxor erat:

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Qua Diana ſimul: Tritopatreus: Ebuleusq;:
Et Dionyſus item proſiliere Ioui.
De Niobe eſt Apis: lyſica ſuſceptus at Hercles:
Hermen Cyllene protulit arcadica.
Sunt Scytha: ſol primus: Liberq; exordine primus
Pignora de incertis matribus orta deo.
Idem Epaphum genuit: ſiue Iſis nata promethei:
Siue Io hunc tulerit. preſſit utranq; deus.
Teq; ex Perſephone Liber dixere ſecundum
Mercurium uates progenuiſſe pii.
Primus at ex illo primaq; Cupido Diana
Editus eſt: aliis nixibus Autolius.
Lychione hunc illi peperit. fuit illa parente
(Sed nundum uolucri) Dædalione ſata.
Autolius primum non nota e matre Sinonem.
Siſſimon hic geminos: Autoliamq; tulit.
Dicitur hac ſollers quondam prognatus Vlyſſes:
Proditor hoc troiæ patre fuiſſe Sinon.
Ex Epapho libya eſt: & Coniuge Caſſiopea.
Belus inexplicitis priſcus ab uberibus.
Ex Belo Danaus geniti: Aegiſthusq;: & Agenor:
Sed quibus haud clarum matribus extiterint.
Quinquaginta ortæ Danao: fera pectora: natæ
Matribus ambiguis: quæ necuere uiros.
Nomen hypermeſtra eſt primæ. Bona dicta ſecunda.
Tertia Amymone. cætera turba latet.
Prima tamen ſcelere abſtinuit: ſponſoq; pepercit.
Aegiſthi reliquæ diſſecuere genus.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Quo pater his facto perituras Iuppiter undas
Quas referant humeris ſub phlegethonte dedit.
Lynceus Aegiſtho natus perhibetur:& una
Quos decies fratres quinq; fuiſſe patet.
Tanta cohors dubium quibus a genitricibus orta:
Deq; tot:hic nomen Lynceus unus habet.
Iunctus hypermeſtræ magnum produxit Abantem:
Cuius in argiuis regna fuere diu.
Is proetum:Acriſiumq; e uentribus:Iaſiumq;
Suſtulit ignotis.Proetus at ipſe Meram:
Cumque Mera geminas(ſi ſtant audita)ſorores:
Sed non ſunt illis nomina certa ſatis.
Antiopa has fertur:Stenobœa:uel Antia nixa.
Sunt uario uatum pectora iudicio:
Acriſio Danae genita eſt:ſtetit abdita mater:
E pluuio Danae Perſea nixa Ioue.
Iaſio Amphion:Thalaon:Atalantaq; nati:
Hippomanem curſu quam ſuperaſſe ferunt:
Orta tua eſt Neleu coniunx Amphione Chloris.
Phlegręuſq; fuit de Thalaone puer.
De Thalaone uiro prodit malefida Eriphile
Sæua tori Conſors Amphiarae tui.
Eurinome huic mater dicta eſt:ſed cætera turba
Partubus obſcuris edita proſiliit.
Quin etiam eurynome Thalaon tibi gignit Adraſtum
Argiam hic natas Deiphilenq; duas.
Non patuit genitrix.uerum hac tu coniunge Tydeu
Lætus es.illa uiro non Polynice minus.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Tertia ſed Beli proles narratur Agenor
Septenum: tacito uentre paraſſe genus:
Europam in cretam tauro per cerula uectam:
Et quæ Taygetam traxit amore Iouem.
Quamq; canunt factam nato lacedęmone matrem:
Sint licet hunc ſemele qui tribuiſſe uelint.
Hoc Polidorus item natus fluxiſſe putatur:
Et cadmus: Phoenix: Labdacus: atq; Cilix.
Hermione Autonoen Cadmo: Semelenq;: & Agauen
Edidit. Inoe filia quarta fuit.
Datq; Philiſtenē phoenix: quo deinde Sychæus.
Te Phoenix triplici pignore Bele patrem:
Didone: atq; Anna: diro quoq; Pygmalione.
Nec ſatis hos uteri qui genuere patent.
Treſq; Cilix profert obſcura coniuge natos:
Non ullo illuſtri nomine Lampſacium:
Pyrrhodem e ſilice primus qui excuſſerit ignem:
Et patrem antiqui Pygmaliona Paphi:
Quem peperit dilecta prius ſibi eburnea uirgo.
Deque papho eſt Cinyras: matre latente: ſatus.
At Cinyras Myrrham: & de myrrha ſumpſit Adonim.
Sed genitrix Mirrhæ nomine nulla datur.
Labdacus extrema eſt producta ab Agenore proles.
Laius huic tacito filius ex utero.
Laius Oedipodem ex Iocaſta coniuge ſumpſit.
Ex matre impurus quattuor Oedipodes
Antigonam: Iſmenen: eteoclea: cum polynice.
Therſandrum Argia de polynice parit.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Celius ætheriæ ſobolis pars altera bis ſex
Sed tantum e ueſta pignora ſena dedit:
Tethyn: Opim: Cererem primam: Titana: mariſque
Rectorem Oceanum: falciferumque ſenem.
Vulcanum primum tulit inde: Iouemque ſecundum:
Sed quo concubitu non tenuiſſe licet.
Mercurius pariente Die quoque tertius illi
Si modo uera canunt: magnaque nata uenus:
Inuentorque domus luteæ ſine nomine matris.
Toxius ortus ab hoc: atque ſecunda Venus:
A uenio deducta uenus: ꝙ ad omnia diua
Tullius ut cecinit: prompta uenire ſolet.
Hæc eadem a ſpumis olim ſibi nomina traxit:
E quibus in reuco dicitur orta mari:
Nam pelagi tumidas quum demiſiſſet in undas
Saturnus Celo membra reſecta patri:
Illorum e ſpumis contractis ſanguine fuſo
Virgo ſub æquoreis orta putatur aquis:
Aphrogenia igitur dicta eſt hinc: atque Aphrodite:
Dorica ꝙ ſpumam lingua uocauit aphron.
Et ꝙ nata ſacris primum eſt appulſa cytheris:
Hoc Cytherea ſibi nomen habere ſolet.
Quod Cypron hinc petiit: ſedes ubi plurima diuæ eſt:
Huic quoque Cognomen Cyprogenia fuit.
Natus eryx ſtructo ſiculorum in uertice templo:
Fecit ut huic nomen poſt erycina foret.
Sunt qui illam dicant philomedea: teſtibus orta
Quod fuerit: riſum uel dea ſemper amet.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Te peperiſſe uolunt matrem hanc formoſe Cupido:
Qui mentes hominum Cælicolumque domas.
Mercurio fulgens peperit uenus Hermaphroditum
Qui mulier: qui uir: neuter & unus erat.
Vulcano e primo primus fuit ortus Apollo
Quem Iouis alterius nata Minerua creat.
Prima Ceres Acheronta parit: Qui nocte Megæram:
Tiſiphonam: Alecto: tris furias genuit.
E terraque ſtygem, parit hæc Cocyton. At ille
Te Phlegethon. Lethen tu generare ſoles.
Vtraq; in obſcuro eſt genitrix. Acheron quoq; nympha
Turbidus ex Orne protulit Aſcalaphum:
De Styge te nata natam uictoria. Sed te
Natus honor ſola eſt: delituitque pater.
Se quondam læto Reuerentia iunxit honori:
Et ſacra Maieſtas protinus orta fuit.
Titanum e terra bis ſeptem promere fœtus
Conſtat. & Aurora eſt filia ſola tamen.
Cætera turba mares: Hyperion: & ipſe lycaon:
Cæus: & Aſtreus: ſęuus & Iapetus.
Pallenes: pallas ue: & Typhon ſiue Typhoeus:
Quique patris nomen non habuere ſibi:
Encheladus: Briareus: Aegeon: Runcus: Aloeus:
Falciferi ultores Porphyreonque dei.
Quos pater infeſtos olim ſibi iuppiter igne
Ad Styga fulmineo truſit ab arce poli.
Sanguine ab illorum fuſo excreuiſſe uirorum
Cædibus & uitiis corpora plena ferunt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

A magno exortum memorant Hyperione Solem:
Et lunam. obſcurus partus uterq; manet.
Aeonas horaſq; Chronis: ſed Nerea ſoli
Lampetiam: & pariter te Phaethuſa tulit.
De perſa oceani prole eſt ſublataq; Circe:
Aeeteſq; deo: qui uehit altus equos.
Medeam Aeetæ coniunx Ipſæa tuliſſe
Fertur: & Abſyrtum: Calciopenq; uiro.
Vxorem hanc phryxus: Medeam duxit Iaſon:
Quæ fratrem potuit dilacerare ſuum.
Sol quoque Miletum non nota excepit ab aluo:
Angitiam: Dircen: paſiphaenq; ſimul.
Candida Mileto Cyane eſt enixa gemellos
Biblida cum Cauno: quos malus uſſit amor.
Arcadis at mater de patre Lycaone nata eſt
Caliſto: arctoi gloria ſumma poli.
Hæc urſa eſt: helice: ſeptentrio: uel Cynoſura:
Interdum phoenix nomine dicta nouo.
Latonam e Ceo: qua tu ſuſceptus Apollo:
Aſterienq; ferunt matre latente: ſatas.
Aurora Aſtreo peperit Titania fratri
Aſtream: & Ventos: qui freta longa premunt.
Primus ab exortu conſurgit Apeeliotes:
Quem Subſolanum lingua latina uocat.
Huic flat ab occiduo aduerſuſq; Fauonius orbe:
Græcula quem Zephirum dicere turba ſolet.
Perfurit arctoo ſeptentrio miſſus ab axe:
Hunc Boream graiæ conſtituere notæ:

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Limite quem recto mittit contraria tellus
Eſt latiis Auſter: Cecropiiſq; notus.
Inter eum & primum celer eſt Vulturnus: Achæis
Ingenti ſtrepitu q̄ fluat: Eurus erit.
Perſonat Argeſtes contra: noſtroq; uocatus
Spirat in æquoreas nomine Corus aquas.
Auſtꝝ iter Zephyrūq; fremēs uēit Aphricus: aut libs:
Obuius huic Aquilo turbidus ore furit.
Quem Libs atq; Notus claudunt: ab utroq; uocatur:
Compoſitis gemino dogmate nominibus.
Cæcion oppoſita dicunt de parte meantem:
Is ſibi romanum non puto nomen habet.
At quem Vulturnus medium comprehēdit: & Auſter:
Euroauſtrum appellant: Euronotumq; ſimul.
Thraſcion obiiciunt Crepitantem a fronte poetæ:
Fallor: an hæc numero ſtirps duodena fuit.
Ezephiro Balium: xantumq; harpyia podarge
Fertur achilleis nixa tuliſſe iugis.
Sed Zetum: & Calaim Boreæ parit Orithyia:
Ignoto Harpalicen ſuſtulit ille toro.
Heſperon ex Aſia: atq; Epimethea: teq; Prometheu:
Atlantem ex Clymene protulit Iapetus:
Heſperus heſperidas: Aeglen ſimul: atque Eretuſam:
Tertia quam memorant heſperethuſa fuit.
Pyrrha patrem naſcens Epimethea ſola uocauit:
Cognita pyrrha ſatis Deucalione uiro.
Heſperidum & Pyrrhæ matres latuere. Prometheus
Pandoram molli fecit at ipſe luto.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Iſide mox factus pater eſt:& Deucalione.
Quos tulit obſcura de genetrice duos.
Deucalion pyrrha genuit de Coniuge uerſum
Pſittacon in uolucrem nominis inde Sui.
Hellanumque:hellas quo dicta eſt græcia.tectis
Sed te phentrates & Dionyſe toris.
Ex Atlante fuit tacito de uentre Calypſo:
Sed puer ex æthra poſt generatus hyas.
Hic uenator erat:quem fulua leena peremit:
Illa diu eſt ithacum ſed remorata uirum.
Atlanti Coniunx hyadas quoq; parturit æthra:
Quas numero ſeptem fama fuiſſe refert.
Pyrhodile:Eudora:ambroſie:chronis:atque Thiene:
Polyxo:& phyto:nomina græca manent.
Pleione Atlantis femori coniuncta:putata eſt
Nutrices Bacchi gignere Pleiadas:
Taygetam:maiam:Steropen.Meropenq;:Celeno:
Electram:alcyonen:ſydera facta polo.
Pallene:aut pallas quintam genuiſſe Mineruam
Diceris:at uenter quo generata:latet.
Creditur illa tamen patrem occidiſſe.Typhoeus
Seu Typhon natos edidit ipſe duos:
Aeon:& ignota fuit hic productus ab aluo:
Chedria te mater ſæua Chimera tulit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Deorum Genealogię a Pyladę uerſibus cōcluſæ
Liber ſecundus.

NVnc Iouis in ſobolē laxamus uela ſcđi:
Celius ignota eſt cui genitrice pater.
Partubus huic tribuit uariis annoſa ue(tuſtas
Sex numero fœtus protinus atq decē.
Hunc latona patrem Diana & Apolline fecit.
Gratia non una eſt partaq ab Autonoe:
Paſithea: Euphroſyne: Aegiale: tres noīe dictæ.
Amphion: Calais: Zethus ab Antiopa.
Te Semele pepit Cadmi ſtirps cognita Bacche.
Aſterie quarto eſt Hercule facta parens.
Arcadę calliſto. Tityum fudiſſe tulerunt
Hellaron: orchomeno de genitore ſatam.
Latonam hic ſtupro Tityus quū forte uocaſſet:
Fixus ab ortygio tartara nigra ſubit.
Infelixq nomen ſparſus per iugera terræ
Paſcit inexhauſto corpore ſemper auem.
Taygetam nato fœtam Lacedæmone. Magnum
Dardanon Electra proſiliiſſe canunt.
Tantalon ignoto regem de uentre Corinthi:
Bellorum inuentrix teq Minerua ferox.
Argeum: Autoū: Nomiūq ab Apolline tractos
Fertur. Ariſtęum iungere fama ſolet:
Cyrene quos nympha deo peneia fudit:
Si modo non uatum pondere uerba carent.
Ortus Ariſtæo tacita eſt Iolaus ab aluo:
Autonoe Actæon pręda futura canum.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Matribus ignotis lapitham produxit Apollo:
Quo lapithas dictos turba diſerta putat:
Eurynomen ſimul Adraſti Eurydiceſq; parentem:
Et populi æthiopes quo Garamanta ſati.
Edidit & Pſychen placida deus Endelechia:
Inſignemq; modis Orphea Calliope.
Lychione edoctum citharaq; philemona. clarum
Inde arabem nactus de Babylone fuit.
Enata laucis: ſucronis coniuge: Branchum:
Pſammathiaq; tui prole Crotope: Linum.
Huic Mopſum Manto peperit: uel dulcis hymante:
Tuq; philiſtenem Cantio læta uirum.
Hoc quoq; tu Aeſclapi: nimphaq; Coronide ſumptus:
Hippolyto uita qui redeunte peris.
Teq; Machaon habet genitorem. Aſclepius illum.
Hic tamen ambiguo prodit & ille toro:
Dictus ab argiuis radios q iactet: Apollo:
Si modo nil ficti dogma Platonis habet.
Chryſippus: quia non multi: uerum unicus ille eſt:
Cenſuit id quondam nominis iſſe deo:
Cuius in aſſenſum priſci uenere latini:
Qui ſolem cui par non fuit ore: uocant.
Speuſippus dictum multis a uiribns ignis
Flamifero gradiens quem uehit axe: putat.
Ex aliis atq; ex aliis q flexibus orbis
Aſſurgens ortus proferat ille ſuos:
Protulerat doctus magno a Zenone Cleantes
Se nundum paſſus diriguiſſe fame.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

At tu cornifici: quoniam referatur ad ortus
Orbem inter mundi: nomen habere canis.
Quod perimat dixere alii: atq; animantia tollat:
Corrupto quotiens aere peſtis adeſt:
Vnde illum geſtare arcus & tela ſiniſtra
Quæ iaciat: morbos quum ferit orbe: ferunt.
At quia tergemina eſt ipſius gratia dextra:
Hunc medicaque putant arte ualere deum:
Quum ſolis calor ipſe omnes depellere morbos
Temperie ſoleat Concomitante ſua:
Sunt qui illum tanquam pellentem Corpore triſtes
Languores: dictum ſæpe referre uelint.
Hinc & Alexicacon nobis uaga fama uetuſtos
Rettulit hunc ſolitos dicere Cecropidas.
Lœmion hinc Lyndi finita peſte uocatum
Hunc etiam ſummo prorſus honore colunt.
Virgoq; ueſtalis ſacris huic rite peractis
Et medice: & pæan dicere Apollo ſolet.
Hunc Pæana tulit ſedatis græcia morbis:
Vel quia diſpergens noxia tela ferit:
Ante quibus magnum telis Phytona peremit:
Dum puer in Cunis ipſe ſororque iacet:
Quo quia perpetuis celebratus laudibus ille eſt:
Dum pæan toto uictor in orbe ſonat:
Hinc factum: ut pæan phœbi pro laude feratur:
Et ſi qua eſt aliis ſæpe relata deis.
Pythius hinc etiam dictus phytone perempto:
Vel quia putreſcant fœda calore dei.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Delius & fertur: claro q; lumine monſtrat
Cuncta: uel in Delo eſt hunc quia nixa parens.
Cynthius a Cyntho Deli qui ſydera monte
Pulſat: & ipſius condita templa gerit:
Ortygius: quoniam Delos ſibi nomina multa
Sumpſit: & Ortygiam. Pyrpileamq; uocant:
Aſteriã: lagiam: Mydiam: Cerhã: atq; Cynethũ.
Q uin illi iterdum Cynthia ſuggeritur.
Fama Cothurnicis tamen hanc de nomine dictã
Ortygiam: eſt Ortyx quæ uocita refert.
Nam Iouis Aſterie quum uim fugitaret: in illam
Verſa prius fuerat: q̃ ſcopuloſa foret.
Inde autem quũ formã aquilæ ſumpſiſſet: eandẽ
Vrgeretq; deus: ſaxea facta fuit.
Et latuiſſe diu ſaxo mutata ſub undis
Creditur: inuita ne poteretur amans.
Sed tandem precibus Latonæ adiuta ſororis
Permiſſa eſt undis exeruiſſe caput.
Vnde putant Delon poſthac Cognomĩe dictam
Q uæ ſeſe oſtendit quum latuiſſet aquis.
Hinc ergo Ortygia: Aſterie eſt hinc inſula primũ
Dicta: tot ex illo prædita nominibus.
Latonamq; Iouis plenam: phytonis acerbis
Exagitata diu quum foret illa minis:
Excepit miſerata ſoror. tulit illa gemellos
Et Phœbum & Phœben: iuſſa quiete frui.
Aſpecie Phœbum: multoq; nitore uocarunt:
Splendidus & pura ſit quia luce deus.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Nilus ab ægypto æthiopum diſterminat oram:
Omnia fœcundans quæ madefecit aquis.
Incerti eſt ortus: fluuiorum creditus ingens:
Et quinum incerta matre tuliſſe genus.
Herculis hic nomen ſibi poſſidet. illa Mineruæ:
Hic Dionyſus erit. Mercuriuſq; ſubit.
Mercurius: nobis qui fertur in ordine quartus:
Pluribus hic Hermes ſed trimegiſtus adeſt.
Hic genuit Daphnin: ſyluis qui paſtor in altis
Primus: & egregio frontis honore fuit.
Mercurium pariter quintum: cui Mercuriorum
Cunctorum aſcribi plurima geſta uolunt.
Editus hoc Norax: quem protulit oſchyra nympha
E pirenei ſemine progenita.
Vulcanum quintam ſobolem tibi Nile dederunt:
Hunc Apim ægiptus quo duce gaudet: ait.
Is tulit Aethiopem: populi quo autore feruntur:
Quum primum Aetlantes: ætheriiq; forent.
Solem etiam genuit: quo lampaethuſa parente
Et phaethuſa fuit: lampetieq; ſata:
Tum phaethon: clymene peperit quē cādida nympha:
Heu patrii currus qui male rexit equos.
E Phaethonte lygus non certa naſcitur aluo:
Quo lygures populos nomen habere putant.
Aſcræus fluuios tethy genitrice profectos
Oceano uates & genitore canit.
In quibus Eridanus grandis memoratur: & Iſter:
Strymon: & Alpheus: Nilus: & Heptaporus:

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Mæander:Rheſus:Myſoq; ſub orbe Caycus:
Idæo Rhodius uertice ad ima cadens.
Colchorum Phaſis:Lydorum turbidus auro
Hermus:& in phrygiis quem Simoenta uocant.
Argento ſimiles qui fert Acrioius undas:
Neſus item:pronis inde Liachmon aquis:
Aeſippus:Ladon:Grenicon:Partheniusq;:
Peneum his addit:Sangariumq; duos:
Euenum:Ardiſcum pariter:diumq; Scamandrum:
Seq; alios uates ſcribere poſſe negat.
Enixa Oceano Tethys quoq; Nerea magna:
Qui tulit e Dori coniuge Nereidas.
Illa quidem ſoror & coniunx:ut Iuno Tonanti:
Nereos eſt olim dicta fuiſſe dei.
Nereides uariis traxerunt nomina rebus:
Ingenio:uictu:Corpore:uentre:locis:
Dictaq; prima Thetis pelidæ mater Achillis:
Proxima Cymodoce:fluctibus una quies.
Cymothoe:Spio:Glauce:Neſæo:pheruſa:
Amphithoe:Clio:Dynameneq; potens:
Phyllodoce:Euarne:Proto:Xantho:Galatea
Alba comas:Drymo quercubus aſſimilis:
Actæa:Amphinome:Autonoe:& formoſa Menippe:
Inde Ephyre:& Melite dulcius ore canens.
Apſeudes:Panope:Nemertes:Callianira:
Opis:Dexamene:Deiopea ſubit.
Has hiera:atq; Arethuſa:lycorias:orithyia:
Cum clymene:& Doto:Callianaſſa premunt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Eucrate inſequitur:Neſo:Cymoq;:Saoq;:
Atq; Eudora nitens:Moera:Thalia:Thoe:
Paſithea:& niueis poſt has Eunica lacertis:
Eulimene:& curis protomedea frequens.
Hinc Amphitrite:& pacata mente Galene:
Multorumq; Erato pignus amoris habens.
Hippothoe:Hipponoe:Euagore:& Tu Pontoporea:
Eione:& riſu prædita Glauconome.
Laomedia ſagax:Halimedaq; cura profundi:
Legibus a multis dictaq; pollynome:
Liagore:Eupompe:pſamathe:Pronoea:Themiſte:
Aeterni referens pectora iuſta patris:
Cydippe:& florens Ianira:& Doris:Agaue:
Mox halia:& roſeis compta ianaſſa genis:
Tum quæ ſtagna colit limnoria:blanda lygea
Additur.extremo es tuq; Amathyia loco.
Inſuper Oceanum Heſiodus cum Coniuge Tethy
Multiplices nymphas progenuiſſe refert:
Quas numero ter mille canit:preſſaſq; paludes
Atq; ſolum uariis incoluiſſe locis:
Ante omnes Pytho:uranieq; ſimillima diuis
Incedunt:prymno tertia iura tenet:
Admete hinc:Clymene:electre:& formoſa Rhodea.
Callirhoe:Zeuxo:ſedula deinde Thoe:
Meloboſis:pluto:Polydoraq;:Paſithoeq;:
Plexaure:atq; Aſie:tuq; Petrea ſubis:
Xantha:Galaxare:ſimul Europea:Teleſto:
Cumq; hippo:adiuncta eſt his Ianira procax:

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Eurynome:& pulchrum pectus ſortita Dione:
Flauaq; Cerceis:& moderata Tyche.
Idyia:Eudore:perſeis:Acaſta:Meneſtho:
Quæ ſecum Amphirhoen:Ocyrhoenq; trahit.
Styx:& Iantha uenit:Clytie:Dulciſq; Calypſo:
Necnon Chreſeis:pulchraq; Doris adeſt.
Cætera quis poterit Comprehendere nomina uerſu
Sedibus:ore:cibis:ficta:uel officiis:
Vltima Saturnus Celi ueſtæq; propago
Dena quidem:at ſeptem pignora ſumpſit opi.
Plutonem infernum:qui te reuerentia natam
Dicitur ignoto progenuiſſe toro.
Glaucam etiam tulit:& ueſtram:Cereremq; ſecundam
Perſephones matrem falcifer ille ſenex.
Vos quoq; Neptune:& Iuno:& qui Iuppiter olim
Dictus es a primo Tertius eſſe Ioue.
Tum Chronin:a noſtris qui ſerpentarius eſſe
Conſtet:& obſcura ſit genitrice ſatus.
Phyllira teq; ſeni Chiron præceptor Achillis
Extulit:unde uocant te quoq; Phylliriden.
Chironi Ocyrhoen rapidis(ſic fama)Cayci
Fluminis in ripis filia nympha parit.
Auſoniæ regem Picum ſaturnus. At ille
Et ſentam Faunam:te quoq; faune tulit.
Eurymedon Fauno. Eurimedonte Perhibia regis
Phæacum genitrix edita Neuſithoi.
E fauno ſatyros:panes:Faunoſq; creatos
Syluanoſque uolunt. nullaque mater adeſt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Q ua primum hunc referunt uinum oſtendiſſe: uel illa
Nyſa Helicon: pagus qua patet ara tuus.
At quia graſſentur bacchantum membra: Thyoneus
Extiterit: ferri eſt impete nanq; thyin.
Mænalius. q; turba furat: uel ab arcade monte
Annua quo ſoliti condere ſacra deo.
Dictus ab elatis Bacchantum uocibus euan:
Aut euan Bacchum phryx quia ſermo uocet.
Q uod madidos faciat: q; uino corpus inundet:
Dorica Bryſeum dogmata ſæpe canunt:
Aut quia Bryſea celebretur in urbe laconis
Præcipuo cultu: nomen ab urbe gerit.
Euchion a precibus: q; uota preceſq; litantum
Suſciperet: dictum nuntia fama tulit.
Euhyon a magno cæli rectore uocatum:
Id ſonat in latiis filius euge bonus:
Nanq; giganteo tremerent quum numina bello:
Iamq; polum manibus turba teneret atrox:
Primus ibi indutus Bacchus noua membra leonis
Horrendum ſubita morte giganta premit:
Q uo pater exultans tunc Iuppiter euhye dixit
Ingenti faſſus pectore lætitiam.
Montibus in ſummis quoniam ſit cultus: Oreus
Fertur. Ab arcadiæ monte Lyceus erit.
Leneus ſeu lenobates a uaſe feretur:
Q uo calcata fluens eiicit uua merum:
Q uodq; ignem inducat neruis: pariatq; calorem:
Sæpius Ignigenam lingua latina uocat.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Herculis eſt quarti Carthago filia dicta:
Huncq; colunt tyrii: fœtaq; nulla patet.
Arcadis Ionius nympha eſt ſtirps orta ſelene:
Nomina quem perhibent exibuiſſe freto.
Huius at Euandri mater Nicoſtrata proles
Fertur ab ignotis edita uiſceribus:
Sed Iouis e nato lacedæmone prodit Amyclas:
Argulus hoc Illo eſt Oebalus atq; patre:
Oebalus: oebalii quo ſunt a rege uocati:
Icarus & ledæ Tyndarus unde ſati.
Icarus Erigonen tulit: & te Penelopea:
Iphthimaq; Eumelo conſociata uiro.
Deq; tot a magno quondam Lacedæmone ductis
Nullius genitrix cognita uera fuit:
Dardanus Electræ ſtirps & Iouis alma ſecundi
Dardana quo tellus nomina genſq; trahit:
Gignit Erichtonium. nixa hunc Candauia partu
Dicitur & coniunx illius atq; ſoror.
Troius hoc genitus: ſeu Tros: quo troia uocata eſt
Quæ regio fuerat Dardana dicta prius.
Troſq; Ilum: Ilionem ue: altam qui condidit urbem
Ilium: & Aſſaracum cum Ganymede tulit.
Ex Illo ductum ſed laomedonta fatentur:
Hercule periurus qui domitore perit.
Quo ſimul Heſiona eſt Telamone puerpera facta:
Et Teucri genitrix: Antigoneq; ſata:
Tithonus: lampus: Clytionq;: Hicetaon: & ipſe
Rex Priamus: iuncto Bucolione ſimul:

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Matribus incertis ingens quæ prodita turba?
Tithono Aurora eſt Memnona fœta ſuum.
Nymphaq; Auaruarea Eſipium: Pidaſumq; tuliſſe
De magno fertur Bucolione duos.
At Priamus quondam troiæ rex inclytus: amplam
Progeniem uariis partubus extulerat.
Hoc primum atq; hecuba de coniuge prodiit hector
Theſſalicis circum pergama tractus equis:
Cui puer Aſtyanax: genitor quem ſæpe Camandrum
Dixerat: uxore eſt ſumptus ab Andromacha.
Ex hecuba paris eſt priamo ſatus: atq; polites.
Oenone eſt paridi nymphaq; nixa duos:
Daphnin: & Ideum. Tacita de matre Polites
Dat priamum: Aſcanio qui Comes ire tulit.
Phorbantem genuit Priamoq; Epiteſia mater.
Obſcuro phorbas Illionea toro.
Denaq; progenies hecubæ parientis ab aluo
Exiliit: priamum quam genuiſſe putant:
Ilione: thracum regi quæ contigit uxor:
Caſſandra & uates ſponſa Chorebe tibi:
Aeneæq; ſequens ueſtigia rapta Creuſa:
Dum patrem & patrios ſuſtinet ille deos.
Laodice Thracis coniunx helicaonis: & te
Thrax cui rex auro dat Polydore necem.
Deiphobe inſidiis helenæq; uxoris adempte.
Et qui Pelidæ Troile ab enſe cadis.
His Helenum uatem: atq; Epiri regna tenentem
Addimus: æneas unde futura capit.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Quæq; patris tumulo eſt mactata Polyxena pyrrho.
  Antiphus Atrida cæſus ab hoſte ſubit.
Teſtorium Priamo parit inde perhibia regi:
  Atq; Iphatem: Antilochi qui cecidere manu.
Suſtulit e nympha Teucrum ſimul Antiodona.
  Vnguibus hic urſi dilaceratus obit.
Laothoe ſenis Althai pariente Lycaon:
  Alter & es Priamo dein Polydore ſatus.
Te quoq; Caſtimira genitum: a Teucroq; peremptum
  Gorgition: Priami ſeminis eſſe ferunt.
Cui fuit & mater: ſiue uxor Ariſba Thymoetes
  Sumendi heu graii iam male ſuaſor equi.
Huic & Alixirhoe peperit te nata Dimantis
  Aeſace. De ignotis cætera ſumpta cohors:
Hippothous: Pãmon ſimul: Antiphonuſq;: & Aganus:
  Inde Agathon: Meſtor: Dicomoonq; nothus:
Quem pugnans Ithacus ferro confecit ulyſſes.
  Iſus & Atrida percutiente cadens.
Quos Diomedis item uirtus ſubduxit: Echemon
  Et Cromenon: paribus dum ueherentur equis.
Patrocli & ſaxo Cebrion proſtratus ab ictu.
  Laocoonq; ſacer maxime phœbe tibi.
Mentoridæ coniunx Polypi quoq; Mediſicaſtis.
  Chaon &: unde heleni nomina terra tenet.
Et tua polydamas coniunx formoſa lycaſte:
  Aiaciſq; necat quem Doridona manus.
Aſſaracus Trois generoſi tertia proles
  Dat capyn. Anchiſes editus ipſe Capy.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Non patuere tori. Aeneam Simoentis ad undam
E magno Anchiſa protulit alma uenus.
Anchiſen formoſa patrem genitrice latente
Nupta tibi Alcathaon Hippodamia refert:
Aſcanium Aeneæ coniunx enixa Creuſa.
Iulius Aſcanio: Rhomaq; progeniti:
Syluius a ſyluis: caſu quibus ortus habetur.
E rhomaq; urbem nomen habere putant.
Mater in obſcuro eſt qua ſit conceptus uterq;.
Syluius Aeneæ poſthumus ortus item.
Hunc patre defuncto: in ſyluis lauinia coniunx
Edidit. hinc dicta eſt syluia poſteritas.
Ex illo Aeneas alter ſatus. Inde latinus.
Filius hoc Alba eſt. hinc generatus Athis.
Ortus Athi Capys: in capuam quo decidit urbem
Nomen. ab hoc genitum Capeton eſſe uolunt.
Inde refers Tiberine genus: quo uortice merſo
Albula mutato nomine dicta fuit.
Agrippam tamen ante feris. Remulus fit ab illo:
Qui iouis ætherii fulmine tactus obit.
Iulius hoc a quo gens iulia creditur orta.
Hoc quoq; Auentinum patre fuiſſe patet.
Ille Procam: atq; hic te genuiſſe putatur Amuli:
Teq; ſimul Numitor: pignora ſæua duo.
Dat Numitor lauſum: patrui quem dextra peremit:
De patre lauſe tuo eſt Ilia nata rhea:
Omnibus his certas nulli tribuere parentes.
Marte: Rheaq; ſati Rhomulus atq; Rhemus.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# Deorum Genealogiæ a Pyladæ uerſibus concluſæ.
## Liber Tertius.

OCeanus ueſta & Celo genito creatus:
Plurima: ſed uaria pignora matre: dedit.
Pleionem: quã duxit Atlas. Phaethontaq; nixã
Te Clymene: & Circen te quoq; Perſa feram.
Hinc Aethram: Atlantis quæ dicta eſt altera coniunx.
Et quæ Vulcanum nutriit Eurynomen.
Coruficen: pallas qua inuentrix nata quadrigæ eſt:
Et quæ Chironem phyllira protulerit.
Tum Solem: quo mel: quoq; eſt medicina reperta.
Nec ſatis hos uteri qui genuere patent.
At dorim Oceano Thetis eſt & Protea fœta:
Et Tritona: genus qui tenet ambiguum:
Neptunno fertur nam diua Salacia coniunx
Menſibus expletis hunc peperiſſe deo.
Suſtulit Idotheam Proteus: nigramq; Melantho
Neptunno oppreſſam. mater utriq; latet.
E terra pater Oceanus bis flumina ſena
Prodidit. hæc uario fluctibus orbe ruunt.
Theſſalia exoritur Peneus: Amoenaq; tempe
Alluit: & Macedum littora pulſat aquis.
Hic Daphnen phœbo dilectam protulit olim:
Quæ fugiens lauri Cortice tecta fuit.
Te quoq; Ariſtæi Cyrene cognita mater:
Quem cum melle oleum prædocuiſſe uolunt
Currit ab Aoniis Epidamnum Aſopus: ab alto
Fulmine iam tactus: dum mouet arma Ioui:

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Ipſea qui genuit comitatum e teoclea bello:
Nomen & Aeginan inſula cuius habet.
Appenninigenam thuſcoſqꝫ:umbroſqꝫ ſecantem
Rhoma capit Tiberim:dum freta longa petit:
Ocnus ab hoc genitus proles fuit inclyta:Manto
Tyrrheſiæ uatis filia quem peperit.
Impiger Aoniam Cephiſus fluctibus ambit
Cui latus implicuit candida Lyriope:
Narciſſumqꝫ tulit:qui dum ſe cernit in undis
Dicitur in florem uerſus amore ſui.
E pindo tellus Acheloum theſſala monte
Excipit.ætoli eſt terminus ille ſoli.
Atqꝫ uno tantum perfertur in æquora cornu:
Herculeæ reliquum diminuere manus.
Syrenas genuit:ſi uera eſt fama:puellas.
Terpſichore has peperit:muſa ue Calliope:
Leucoſiam:lygiam:piſnoen carmina dicunt.
Quarta tribus iuncta eſt Parthenopea ſoror:
Vrbs noua Parthenope cuius de nomine dicta eſt:
Hac quoniam moriens urbe ſepulta fuit.
Irrigat Argolicos Inachus delapſus Achæis
Cui ſtirps incerta eſt trina parente data.
Io prima fuit:quam Iuppiter arſerat:ante
Quam data Iunoni munere uacca foret.
Altera Phægeus:ſuperis quem prima ſacella:
Cumqꝫ annis menſes inſtituiſſe ferunt:
His ſubit argiuum tenuit qui regna Phoroneus:
Quo ſatus Aegialeus dicitur:& Niobe.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Crimniſus ſiculas fluuius perlabitur oras:
Sargeſta hunc nato fecit Aceſte patrem.
Hanc tulit hippotes troiani ſanguinis unus:
Oppreſſit fluuius: dum canis ora gerit.
Flumina Theſſalico ducit Sperchius ab orbe:
Pegaſeumq; ſinum: Thermopylaſq; premens.
Pelleis huic genuit polydoris Mneſthea: qui ſe
Pellidæ ſocium pergama ad alta dedit.
Appameam Mæander habet: phrygiaſq; Celenas:
Inque ſuos ortus uerſus & ora rigat.
Alluit Ioniam: Caraſq;: urbemq; prienam:
Miletumq; acto diuidit ille ſinu:
Biblidis & Cauni Cyanen genuiſſe parentem
Hunc fama eſt. dubium de genitrice tamen.
Paphlagonum campos rutilantibus Axius undis
Spargit: & elatis fontibus arua tegit.
Maxima Acheſſomeni quæ nata perhibia dicta eſt
Illius amplexum ſuſtinuiſſe ferunt.
Sub decimumq; fuit menſem Pelagonius ortus:
Qui tulit Aſteropum: nec torus unde: patet.
Hellidis Alpheus claro de fonte putatur
Editus arcadico flumina ferre ſolo:
Qui terras ſubter: pelagiq; abſtruſa profundi
Labitur: & ſiculo tollit in orbe caput.
Alpheo Orſilochus ſatus eſt. illoq; Diocles.
Hoc pariter Criton: alter & orſilochus.
Ignotis uenere toris. hos fama gemellos
Ad troiam æneæ procubuiſſe manu.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Eſt Clarius dictus: Clario colophonis ab urbe.
Qua ſolitum multo conſtat honore coli.
Tum nomius: non ille greges ꝙ pauerit olim:
Sed ꝙ quæ tellus omnia paſcat agit.
Et Lycius: quoniam lycus eſt quoqꝫ dictus ab argis:
Nam ſimilis multum creditur eſſe lupo.
Vtqꝫ armenta lupi rapiunt: ſic humida quæque
Attrahit: & radiis ſurripit ille ſolo.
Siue ꝙ albeſcant ortum poſt omnia ſolis:
A luce exceptum nomen id eſſe uolunt.
Tymbræum appellant: pluuios ꝙ is excitet imbres:
Quod tamen a Tymbra maxima turba refert.
Hæc herba eſt latiis populis Satureia dicta:
Forſan & origanum quam uocitare ſolent.
Hac ager iliacis tectis uicinus abundat:
Inde ibi Tymbræo ſunt ſacra templa deo.
Grineum nemus eſt: dedit urbs cui grinia nomen:
Quæ ſedet ætolis Ioniiſqꝫ locis.
Id tibi phoebe ſacrum. Grineus & inde uocaris.
At Myrhinus: Myrhina te ꝙ in urbe colunt.
Phocidis a Cyrrha pariter Cyrrhæus apollo:
A pataris lyciæ ſed pataræus adeſt:
Huic in utroqꝫ loco quoniam tribuantur honores.
Dictus ab aurata Chryſocomuſqꝫ coma.
Cecropis in uicis quia ſit celebratus: Agyleus:
Nomine quo uicos attica terra uocat.
Sminthius: a templo: quod quondam Teucrus in oris.
Troiugenum fertur conſtituiſſe deo:



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Poſtquam terrigenas ſerrato prælia uidit
Edere et in clipeos loraqꝫ dente ſibi:
Quos quoniam Sminthas appellat Gnoſſia tellus:
Sminthion hinc phoebum: Sminthia templa uocant.
Quodqꝫ arcus ſpeciem argenti diffundit in altum
Exoritur quotiens: Argyrotoxus erit.
Quottidie uero quoniam renouatur: & ipſe
Gignitur: ac gignit ſplendidus ore micans:
Argeneten Dores ſimul & dixere Phaneta.
Loxiam obliquus circulus eſſe facit.
Vlion inde: ſalus quoniam tribuatur ab ipſo:
Meonius uates protulit ore graui.
Eſt libycis ſaluis dictuſqꝫ libyſſinus olim
Qua ſua Trinacrius terga pachynus habet.
Tum ſoror eſt phoebi uario quoqꝫ nomine culta:
Quod fuerit nobis parua referre mora.
Diana eſt: quod nocte diem quaſi conficit: aut quod
Tempus eam duplex noxqꝫ dieſqꝫ uidet.
Quod iuuet eſt Iuno. Lucinaqꝫ prodere luci
Quod ſoleat partus menſibus illa ſuis:
Aut oculis luciqꝫ fauens: uel forſan ab illo
Qui ſacer huic fuerat lucus in exquiliis:
Dogmate quin etiam dicta Ilithyia pelaſgo:
Hanc quia placaret foemina parturiens.
Artemis hæc eadem: ceu quæ ſecet aera magnum:
Fertur ab iis: quibus eſt atticus ore lepos.
Quod triuiis præerat: Triuiam cauſantur. ob idqꝫ
Tris facies reddunt: oraqꝫ terna deæ.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Sed lunam iccirco: noctu ꝙ luceat una:
A radiis uel ꝙ lumina ſolis habet.
Perſephone eſt græcis: atq; hinc Proſerpina nobis:
Vel ceu proſerpens credita utrinque gradi.
Dictynnam a capto ſummerſæ retibus olim
Corpore Minois uim fugientis agunt.
Vnde etiam montem quo templa fuere Dianæ
Condita: Dictynnum Cretica terra uocat.
Nata ꝙ in delo eſt cum phoebo Delia fratre
Dicitur. At phœbe: pura ꝙ ore nitet:
Quod centena deam placaret uictima: uel quod
Centum errare annos non tumulata daret:
A græcis hecate eſt: Pergeaq; ab urbe uocata
Pamphiliæ perga: qua ſibi phana tenet.
Bis ſeptem Amphion Niobe temeraria coniunx
Foeta tibi eſt: arcu quos dat Apollo neci.
Semarchũ: Epinitũ: Archemoꝝ: Antegorũq; uocarũt:
Phædimon: & Sipylon: Tantalon atq; mares.
Quattuor aſt alii mutarunt nomina primis:
Te quibus Alphenor ſuppoſuiſſe uolunt.
Et ſimul Iſmenum: Damaſitona: & Ilioneum.
Sed maribus numero eſt ſumpta puella pari:
Nerea: pelopia: cleodoxe: chloris: ogune:
Cum phytia: extrema eſt Aſtycratia ſoror.
Pulchra itylum Zeto: atq; Thyim produxit aedon.
Mortua quæ de te cardue nomen habet.
Enixa e baccho uenus eſt hymenæa. Thyoneus
Eſt etiam Bacchi: matre latente: genus:



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Fertur & e Baccho peperiſſe Ariadna Thoantem:
Qui tulit obſcuris nixibus hypſipylen.
At Bacten Bacchum:& graii dixere Babacten:
Clamorem uaxin ꝙ ſua lingua notet:
Nam madidi uino magnos efferre tumultus
Bacchanteſq; ſolent ſæpe uocare deum.
Baſſarea appellant:quoniam ſit baſſara ueſtis
Baccharum ad ſummos uſque remiſſa pedes
Lydia quam mittit.locus eſt nam Baſſara ueſtes
Qua ſimiles fiunt lydia terra tuus.
Aſtrepitu Bromius.ꝙ uociferetur Iacchus:
Quod curis ſoluat corda:lyeus erit:
Nec minus Alyſius:latio ſeu nomine liber.
Quod pius eſt:eleus dicitur eſſe pater.
Hunc utero (ut fama eſt) ſemeles a fulmine tactæ
Iuppiter excepit ſuppoſuitq; ſibi.
Hinc lateri inſutus quia ſit iouis:Eraphioten:
Nam ſuere eſt raptin:lingua pelaſga refert.
Quodq; Iouem pupugit:Dionyſius.Oſtia lucis
Quod bis adit:nomen huic Dithyrambus adeſt:
Seu ꝙ ad os iterum quæ ſunt admiſſa:redire
Cogit:& arcani non tenet ille fidem.
Quodq; duas matres eſt uiſus habere:Bimater
Dicitur:hinc ſemele:Iuppiter inde fuit.
Nyctilyum perhibent:noctu quia membra reſoluat:
Vel ꝙ nocturno tempore ſacra ferat.
Nyſæus fuerit:quia ſit quoq; pungo Nyazo:
Vrbs illum ægypti uel quia Nyſa colit:

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Acis & ex illo: nymphaq; ſimethide cretus:
Sæpe ſuo fouit quem Galatea ſinu.
Nympha quoq; e Fauno eſt enixa Marica latinum.
Præneſte hinc: cuius urbs ſibi nomen habet.
Hinc etiam Aeneæ Coniunx Lauinia nata eſt:
Nundum auis hanc uxor gignit Amata uiro.
Ecce pater Neptunnus adeſt longa agmina ſecum
Natorum uariis matribus orta ferens.
Ex helope eſt Dorus. parit Euryma Telemon: unde
Eurymedes dictus uatibus ille fuit.
Ex Amphitrite ſteropen: Brontem: atq; pyragmon:
Buſirimq; epaphi ſuſtulit ex libya.
Alcyone hircæum. Phorcum pariente Thooſſa:
Qui maris e monſtro Gorgonas exhibuit.
Euryalen: Sthenno: plenamq; decore Meduſam:
Gorgonibus frater tuq; Bathylle uenis.
Scylla quoq; e Phorco genita & Critheide nympha:
Et cui certa datur nulla Thooſſa parens.
E terra harpyias gignis Neptunne: Podargen
Ocypetenq; duas nomine phama refert.
Has præter geminas iunxere celeno: & ahello:
Sic numero harpyias quattuor eſſe patet.
Quas tamen electra quidam & Thaumante profectas
(Vt ſunt diuerſa pectora mente) uolunt.
Nycteus e pelagiq; deo ſatus: atq; celeno:
Qui ſibi Nyctimenen: Antiopamq; tulit.
Mater Amalthæa eſt natarum dicta duarum
Nympha ſub idæis cognita littoribus.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Neptunnum alatus patrem genitrice Meduſa
Pegaſus haud dubia uoce referre olet.
Hunc etiam memorãt genitoré Othus: atq; Ephialtes:
Vxor Aloeos hos Iphimedia parit.
Te quoq; de nata phorci Polypheme Thooſſa
Sub liquido æquoreus protulit orbe ſenex.
Incerta genitrice Taram: qui condidit urbem
Vnde Tarentini littora nota ſinus.
Sicanum incerta: de quo Sicania: dicta
Collibus a ternis Trinacris ora prius.
Incertis Siculum: ſiculæ quem nomina terræ:
Aonaq; Aoniæ quem tribuiſſe uolunt.
Bergion: Albionem: Actorium: Meliona: Pelaſgum:
Chryſaorem dubiis edidit inde toris.
Et Cygnum: ad Troiam qui impar congreſſus Achilli
Occidit: eque ſuo corpore fecit auem.
Meſapum pariter: uates quo autore putatur
Ennius a proauis continuaſſe genus.
Addidit Oncheſtum: qui moenia condidit urbis
Quam de ſe Oncheſtam dicier Inſtituit.
Hoc Megareus. Illo hippomanes genitore Creatus:
Cui ceſſit curſu uirgo Atalanta pedum.
Ortus Amymone eſt Danai: Neptunnia proles
Nuaplius: auditis ſi modo danda fides.
Hic natum obſcura Palamedem excepit ab aluo:
Inſidiis ithaci quem mala ſaxa premunt.
Mox Amycum nympha ex Milite Neptunne tuliſti.
Is Buthen: uterum ſama ſed occuluit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

E Buthe generatus Eryx: magnaq; Dione:
Cuius & a templo dicta Erycina fuit.
Aegæum maris inde pater: qui rexit Athenas:
Sed tacito fertur progenuiſſe toro.
Huic Medum Medea parit: quo Media dicta eſt:
Quæ triſtes ſuccos edere terra ſolet.
Huic Aethra eximium bello factiſq; ſuperbum
Theſea: qui e phædra ſuſtulit Antigonum:
Deſeruitq; ſuam qui phyllida Demophoontem:
Illo quæ potuit non redeunte mori.
Hippolytũ hippolyta Theſeus quoq; Amazone gignit
Quem trepidi phoca dilaceraſtis equi:
Virbion hinc dictum: quoniam reuocatus ab umbris
Arte Machaonia bis uir in orbe fuit.
Virbius huic etiam quem mater Aricia ſyluis
Etulerit: fertur deinde fuiſſe puer.
Hinc tibi Nauſithoum Neptunne perhibia fudit.
Illo Rixinorq; Alcinousq; ſati.
Rixinorq; Aretem genuit: latuere parentes.
Ex Arete Alcinous Laodamanta ſerit:
Clytoniũ: atq; haliũ: & madidum quæ excepit ulyſſem
Nauſicaam: & patrios uexit ad uſq; lares.
Enympha Peliam Tyro Neptunnus: & altam
Nelea qui ſtruxit protulit inde Pylon.
Patricidarum dubia genitrice ſororum:
Et tuus eſt Pelias dictus Acaſte pater.
Tum duodena ſenex Chlori de coniuge Neleus
Carmine Mæonio pignora clara dedit.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Quattuor at nobis patuerunt nomina tantum.
Surripuit famæ cætera tempus edax.
Inde periclymenus: Chromius uenit inde. Biantis
Hæc Pero eſt coniunx. hic quoq; Neſtor adeſt.
Neſtoris Antilochus: Piſiſtratus: Anthos: echephron:
Et ſtratius: Perſeus: cum Thraſimede uiri:
Fœmina ſola fuit Polycaſtis nomine dicta:
Quos omnes coniunx parturit Eurydice.
Iuno tuum Saturne genus: ſed in ordine primum
Si modo Naſonis Carmina pondus habent:
Lactucis heben fertur peperiſſe comeſis:
E tactu floris belligerumq; deum:
Iuratæ quem Flora deæ ſe poſſe tacere
Naſcentem in Campis prodidit oleniis.
Sunt quoq; percuſſa Martem qui dicere uulua
Exortum pergant maxima Iuno tibi.
Marte deo belli prodit terquina propago:
Et uariis fœtus paſtus ab uberibus:
Aliger ex uenere eſt ſuſceptus matre Cupido
Pſycha uoluptatem protulit Aligero.
Hermionem Martiq; uenus pulcherrima nixa eſt:
Quod graue Vulcani corda tulere uiri.
Hinc fuit hermione Cadmo quum contigit uxor:
Infauſtum Claudi nacta monile dei.
Aſtyocha Aſcalaphus tibi Mars: & Ialmenus orti.
Actoris Azidæ hæc filia clara fuit.
Ex Thebe euadne eſt Aſopi coniuge nata:
Ignibus in mediis concomitata uirum.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Zeſius ex hebe. Tua ſed Remus Ilia proles:
Romaniq; caput Romulus imperii.
Biſtonide e nympha Mars eſt quoq; Terea nactus:
Cui parit:& progne deinde propinat itym:
Quæ ſequitur dubiis e uentribus orta propago
Belligero pariter dicitur eſſe deo.
Britona Minoem quæ ſe non paſſa furentem
In mare:ſeruata uirginitate:dedit:
Cuius ab æquorea ſubducto retibus unda
Corpore:Dictynnæ condita templa deæ.
Tum iaculi inuentor:quod plinius aſſerit:unde
Creditur Aetolus nomina ferre ſolum.
Occiditq; animal qui primus hyperuius:& qui
Helidis & Piſæ rex fuit Oenomaus.
Oenomaus genita eſt pelopi quo iuncta parente
Victa olim rapidis hippodamia rotis.
Ex Merope aut ſterope Atlantis Parthaona gignit
Mars deus. At fœtus quattuor ille creat.
Theſtion e nympha genitum Calydonide:matrem
Suſtulit Altheam qui Meleagre tibi:
Quoſq; dedit letho fratres Meleagrius enſis
Temporis ut priſci nuncia fama refert)
Inſignem Phlexippo equis:& Toxion arcu:
Quorum opera ætolus funera ſenſit aper:
Cuius ob ereptum quod uirgo Atalanta gerebat
Sorte caput:iuuenes occubuere duo.
Agrius:atq; Melas:& rex Calydonius Oeneus
Cætera Parthaon ſtirps tibi nata fuit.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Et patet Altheæ fratrumq; puerpera nulla:
Aut modo quam dictos tris genuiſſe ferant:
Altheaq; Oeneus Meleagrum:& Tydea ſumpſit:
Prælia miſcentis fulmina bina dei.
Atlanta Meleagre feris tibi Parthenopeum:
Tydea Deiphile dat Diomede patrem.
Sunt tua de incertis proles genitricibus Oeneu
Alcidæ coniunx Deianira feri:
Quem dedit & letho Menalippum dextera Tydei
Cauta parum:& Gorge non renuenda ſoror.
Marte ſatus phlegyas ſuperum contemptor:& altis
Subdere qui potuit delphica templa focis.
Quem deus Arcitenens calamis proſtrauit acutis:
Inde animam ſtygios truſit ad uſq; lacus:
Atq; ſub ingenti religatam ſiſtere ſaxo
Pendet ubi aſſidue uaſta ruina:dedit.
Cauſa mali princeps phœbo uitiata coronis
Extitit.hinc phlegyam perculit ira patrem.
Ortus & Ixion phlegya.non ille parente
Sanctior:& pœna non leuiore cadit.
Hoc patre Pirithous:ditis quem regna patentem
Cerberus ægida uix ſuperante:necat.
Sed tulerat fortem bello prius is polypoeten
Illius hunc coniunx hippodamia parit.
At miſer Ixion cælo pietate receptus
Conſcius arcani cum ioue factus erat.
Dumq; toros ſternit molles:dum cætera tractat:
Iunonem eſt auſus ſollicitare deam.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Suppoſitaq; ferox genuit de nube uirorum
Corpora Centauros quadrupedumq; truces:
Nomina ſunt: Amycus: Rhœtus: Grineus: Oeclus:
Eurytus: Orneus: Mermerus: atq; Medon:
Piſenor: Lycidas: Thaumas: Pholus: Aſtylus: Hyleus:
Neſus: Abas: Menaleus: Monycus: Antimachus:
Eurynomus: Thereus: Dorylas: Danis: Iphinouſq;:
Teleboas: & cum Demoleonte: Chromis:
Dictys: Helops: Phareus: Cæneus: Petreus: Aphidas:
Neſæus: Thonius: Pyramus: & Stiphelus:
Nedimnus: Ripheus: phelegræus: & ipſe Bianor:
Hippaſus: hylonome: Cyllarus: inde Lycus:
Phæocomes: Imbreus: Cænæus: Areus: Odites:
Iunctus: Eridupo: tuq; Pyrete uenis:
Mox helimus ſubit: & Latreus: Bromus: atq; Lycepes:
Quæq; duplex retinet cætera turba genus.
Iamq; audax nimium Ixion Iunonis adulter
Sedibus ætheriis a ioue pulſus erat.
Venerat in terras: & ſe iactare potitum
Iunonis ſancto cœperat ille toro.
Iuppiter exarſit. temeraria uerba loquentis
Fulmine ab ætherio perculit ora polo.
Subq; imos pepulit manes: & tartara nigra:
Verſariq; dedit noxia membra rota.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# Deorum Genealogiæ a Pyladæ uerſibus concluſæ:
## Liber Quartus.

TErtius eximium nobis parat ecce laborem
Saturno genitus Iuppiter: ortus opi.
Edidit hic Muſas: uatum pia numina: doctas:
Mnemoſyne dicta eſt quas peperiſſe nouem:
Per totidem noctes ſocium quæ paſſa Tonantem
Vertice pierio fœtibus aucta redit.
Calliopen græco primam ſermone poetæ
Quod bona uox illi fertur adeſſe uocant:
Quod celebret quæ geſta canit per Carmina Clio:
Surgit & ex illa gloria: nomen habet.
Hanc inuentricem hiſtoriæ monumenta tulerunt:
Qua nota antiqui temporis acta forent.
Dicta fuit dulces Erato quia cantet amores:
Nam quod erin dicit graius: amare ſonat.
Illius inuentum Connubia prima fuiſſe
Rettulit ad noſtros nuntia fama dies:
At quia multiplici cantu uiret uſq; Thalia:
Inq; dies floret palladis auctus amor:
Hac una aboribus fretos autore ſerendis
Rumor ait primos edidiciſſe patres.
Melpomene a Cantu ſtetit appellatio. Verum
Terpſichore: celeres ꝙ iuuet ipſa choros.
Euterpenq; uocant: quoniam delectet: & eſſe
Omnibus aſſueuit grata Canore ſuo.
Huic primum dulcem modulata eſt tibia cantum:
Si ratus a priſcis ſermo refertur auis.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Laudibus a multis: memori ue Polymnia mente
Aruorum cultus: notitiamq; dedit.
A cœlo Vranie cœleſtes promere cantus
Fertur: & aſtrorum prædocuiſſe uias.
Has ſimul a cantu latium dixiſſe Camœnas:
Argiuum Muſas dogmata: certa fides:
Seu ꝙ nos doceant: Nam fert idioma pelaſgum
Noſtra quod aſſueuit lingua docere: Myin:
Siue ꝙ inquirant: hæ nanq; fuiſſe putantur
Artibus Autores omnibus: atq; duces.
Q uod tuus his helicon Boeotia mons dedit ortum:
Inde heliconiadum nomina ſæpe tenent.
Non procul aſſurgit quoniam Parnaſſia rupes
Phocidis: haud impar uertice: uel niuibus:
Q uam ſimul has habitaſſe ferunt: Parnaſſidas inde
Carminibus crebris turba diſerta uocat.
Q uod Thracum Aonia eſt regio: contermina terræ
Phocidos: Aonidas hinc uocitare ſolent.
Q uodq; Cytheronem ſaltum coluiſſe feruntur:
Appellant uatum metra Cytheriadas.
Pieridas Macedum regio celebrata: uocari
Tradidit: antiquo nomine Pieria.
E mathiam dixere noui. ſed pieris illi
Pieriæ dederat nomina ſylua prius.
Sunt qui Pieridum cantantibus agmine uicto
A totidem muſis nomina ſumpta uelint.
Theſpia phoceo ſedet urbs: helicone propinquo
Littore: qua genitam Theſpida in urbe uolunt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Extitit una nouem muſarum Theſpis alumna:
Vnde illas ſoliti dicere Teſpiadas.
Fons tuus eſt helicon nitidis puriſſimus undis:
Pegaſus impacto quem pede preſſit equus.
Hunc hippocrenen Dores: romanaq; fontem
Lingua caballinum pegaſeumq; tulit.
Pegaſidas referunt: atq; hippocrenidas ergo
Fonte ſub hoc Muſas quas habitare canunt.
Libethrus Macedum latis fons ortus in oris: eſt.ſ.
Magnetum populi qua regione ſedent.
Libethra hunc iuxta eſt antrum. Libetrides inde
Nomen habent: locus his quum ſit uterq; ſacer:
Pimpleo de fonte alio: uico ue iacente
Sub macedum campis: quos patet eſſe uagos:
Monte uel Orchomenum: pimpleidas appellarunt:
Quod patet hos illas incoluiſſe locos.
Nec mihi Caſtalius fons in radicibus imis
Parnaſſi montis prætereundus erit:
Caſtaliæ qui nomen habet de nomine Nymphæ:
Quo ſacra muſarum ludere ſueta cohors.
Caſtalidas tali memorant a fonte poetæ:
Quarum perpetuo uerba fauore ſerunt.
Mnemoſyne extremum tribuit cognomen. at illud
Syllaba non patitur uerſibus eſſe meis.
Id patronymicis non multum creditur impar.
Quid faciam. mater prodere ſollicitat.
Da ueniam lector. uult Mnemoſynidas illa
Dicere ſic nomen tollere ad aſtra ſuum.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Ab ioue rex olim meſſenius ortus Achæus:
Vnde ſuum populus nomen achiuus habet:
Menaq; prolatis in menſem dicta præeſſe
Floribus.& phrygia Xanthus ab urbe cadens.
Mater abeſt. Ioue nata Venus: pulchraq; Dione:
Vulcani coniunx tertia dicta Venus.
Ex uenere eſt generatus Amor.Corymoſa Tonanti
Myrmidonem fertur nympha tuliſſe deo.
Leda Clytemnæſtram.fuit hæc agamēnonis uxor.
Leda helenam:nupſit quæ Menelae tibi.
Quam phrygius poſtquā rapuit lacedæmone paſtor:
In troiam bello græcia tota ruit.
Iuppiter ex Leda Pollucem & Caſtora fratres
Gignit.equo hic:pugnis inclytus ille fuit.
Nata Ioui e Cerere eſt coniunx proſerpina Ditis:
E luna exortum te Dionyſe putant.
E Ioue:ſed nympha Garamantide prodit Iarbas:
Getulum tenuit qui ditione ſolum:
Nympha Ioui geminos peperitq; Thalia Paliſcos.
Hiſcentem referunt nomina rurſus humum.
Europam niueo mutatus corpora tauro
Tranſtulit ad cretæ littora nota pater.
Hinc ſatus es lyciæ rex iam Rhadamante future
Cuius & inferno iura ſub orbe patent.
Prodiit hinc Minos:qui poſt cretenſia regna
Cum fratre in ſtygio iudicat acta foro.
Minoi Androgeum:Phedram ſimul:atq; Ariadnam
Paſiphae coniunx:edita ſole:parit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Glaucum etiam Minos genuit:cum Deucalione:
Natum Deucalion Idomenea tulit.
Orſilochum Idomeneus:ithaci quem perdidit enſis.
Hicꝗ omnes tacitis exiliere toris.
Aurea Luciferum nixa eſt Aurora Tonanti.
Ceycem Alcyones edidit ille uirum.
Edidit accipitrem factum quoꝗ Dædaliona:
Dictaꝗ Trachinna eſt nympha utriuſꝗ parens:
Dædalion ſed te: latuitꝗ puerpera:gignit
Pæonii coniunx credita lichione:
Q ua Cithara inſignis tibi natus Apollo Philemon:
Furꝗ tibi eſt hermes nobilis Autolius:
Tu quoꝗ ſyderei non ultima gloria Cæli
Diceris Orion ſemen habere Iouis:
Si modo danda fides Naſonis uerſibus ulla eſt:
Immictum corio dum bouis eſſe refert:
Q uod licet ediderit facinus tria numina:ſummum
Fama patris dignum fecit honore Iouem:
Neptúnno Aſcræus quanꝗ Minoida uates
Creddiit Euryalen hunc peperiſſe deo:
Sunt quoꝗ trinacrio qui dicant Oenopione
Progenitum:uel quem miſerit alma Chios:
Illius & natam Meropen:uel nomine dictam
Candiopen femori ſuppoſuiſſe ſuo:
Ex illa hippolagum genuiſſe.Sed ille Dryantem:
Is te rex thracum docte Lycurge tulit.
Protulit Augeum rex:harpalicenꝗ Lycurgus:
Q uæ patrem e mediis abſtulit enſe getis.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Et te quæ nimio correpta Cupidine phylli
Ad reditum lento Demophoonte cadis.
Horum nulla datur genitrix. Sed & Aona celſus
Iuppiter e nympha Mnoſide progenuit.
Aone dixerunt ignota matre Dymantem:
Ignotaq; duos eſſe Dymante ſatos.
Hinc Aſium: tibi qui non uanus auunculus hector
Atq; hecubæ ex alio ſed patre frater erat.
Hinc ea: qua ſumptis nundum proceſſerat alis
Aeſacus in mergum uerſus Alixirhoe.
E Ioue Sarpedon: peperit quem Laodamia:
At nothus ex illo prodiit Antiphates.
De Ioue Pilumnus: qui ſtercora ferre per agros:
Et docuit populos pinſere grana rudes.
Huic Daunum Acriſii Danae compreſſa tuliſſe
Creditur. a Dauno Daunius ortus ager.
Ex Dauno Turnum formoſa Venilia gignit.
Iuturnam Daunus matre latente: ſerit.
Filius ætherii Iouis eſt Arciſius. huius
Laertes: dubio partus uterque toro.
Laerti coniunx Anticlia fudit Vlyſſem.
Et natam pulchris uultibus Echimenen.
Sunt quibus Autolia eſt Anticlia dicta: patremque
Qui laerciadæ Siſyphon eſſe putent.
Is latro notus erat ſeruans anguſta uiarum:
Et ſaxo impediens prætereuntis iter.
Lætaque quum peteret noua nupta oracula diuum:
Vim tulit: & ſæua traxit in antra manu.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Inde grauis pepetiſſe uiro narratur ulyſſem:
Quem laertiaden Siſyphiumq; uocant.
Penelope eſt illi ſatus Icareotide: nulla
Cui par uiſa fide eſt: coniuge: Telemachus:
Telegonus Circe: patrios qui noſcere uultus
Dum cupit: incautus perdidit ipſe patrem.
Auſonius tacito ex utero quoq; natus ulyſſi
Fertur. ab hoc fluxit nomen in Auſoniam.
Mercuriumq; Tonans eduxit Atlantide maia
Portantem gemini nuntia fida poli.
Myrtilus Oenomai currus auriga: parentem
Hunc uocat. at genitrix non ſatis ulla patet.
Huic parit Eudorum ſoboles polymela Philantis:
Huic lara dat geminos: ſiue larunda lares:
Eſſe lares: Genioſq; uolunt data numina bina
Omnibus: & uitæ: funeris atq; duces.
Sunt quoq; Penelopen qui: uix bene credita uerba:
Mercurio natum Pana tuliſſe uelint:
Non quem Pana deum uenerantur in arcade terra:
Sed quem de cunctis ſuſtulit illa procis.
Mercurio Euandrum peperit Nicoſtrata regem
Arcadiæ. Euandro ſtirps geminata fuit.
Hinc genitrix orta eſt Pallantia grata latini:
Vnde palatinus nomina ſumpſit apex:
Hinc ferus a Turno confoſſus unlnere Pallas:
Et quibus exierit uiſcera neuter habet.
Persea rex ſuperum genuit ſaturnius: auro
Quem pluuio Danae protulit Acriſii.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Is perſen:prima eſt a quo monſtrata ſagitta:
  Cenſuit ut quondam Plinius ore graui.
Mater in obſcuro eſt. quos uero exinde creauit
  Edidit hos illi quattuor Andromeda.
Quattuor e numero ſurgit mihi primus Erythreus:
  Vnde putant rubro nomina facta mari.
Conſequitur Stelenus: Cui durum Euryſtea coniunx:
  Sit licet ignoti nominis illa:parit.
Tertius accedit Bacchemon. Filius illi
  Ortus Achemenides. Orchamus inde fuit.
Non torus illuxit. ſed te uocat orchame patrem
Leucothoe:tibi quam ſuſtulit Eurynome.
Gorgophonem prodit quarto ſed in ordine Perſeus:
  Pignora quo uates bina recepta ferunt.
Hinc Electrionem:quo ſis Alcmena profecta
  Herculis ætherio de Ioue facta parens:
Alceum hinc:qui te Amphitryo produxerit. atqui
  Omnibus his uentres qui peperere latent.
Sunt tamen Alcmenæ qui perueniſſe parentem
  Eurydicen pelopis:lyſidicen ue putent.
Alcmena Amphitryo de uxore Iphiclea gignit:
  Huic puer obſcura matre Iolaus adeſt.
Aeacon Aegina eſt magno connixa Tonanti:
Qui prius Oenopiam:de genitrice uocat:
Et ſcelera in ſtygio cum fratribus excutit orbe:
  Phocus ab hoc:Peleus:cum Telamone ſati.
Mater abeſt. duplex Telamone eſt orta propago:
  Diuerſo quanquam uenerit illa toro.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Heſiona eſt Teucer nam laomedontide cretus:
Aiacem dubiæ progenuere fores.
At Peleus tacita polydorim ſuſtulit aluo:
Inſignem bello Mneſtea quæ peperit.
E thetidie eximium atqꝫ inuictæ mentis Achillem:
Scyria cui Pyrrum Deidamia parit.
Andromache eſt: aut hermione Peripelea pyrrho
Fœta. Moloſſus at eſt ortus ab Andromacha.
Hunc genuiſſe ferunt Polydectam. nullaqꝫ certa eſt
Mater. & ignotum uir: mulier ne fuit.
Vulcanum regina Ioui tulit inclyta Iuno.
Quem lemni fabrum: Mulciberemqꝫ uocant.
Huic præneſtinæ fundator Cæculus urbis
Filius ambiguo contigit e thalamo.
Cacus & herculeis oppreſſus uiribus olim
In ſua dum tractas diripit antra boues.
Dum tua Vulcanus cupido petit ore Minerua
Oſcula: dum pugnas: uimqꝫ pudica fugis:
Natus Erichthonius ſparſo de ſemine terræ
Dicitur. hoc cephali Procris amica ſui.
Hoc Boreæ coniunx: matrum decus: Orithyia:
Et rex Pandion atticus exiliit.
Eſſe duas perhibent genitas Pandione: Prognen:
Quæ Thracum regis Tereos uxor erat:
Et quæ trunca fuit linguam philomela: ſceleſti
Ne facinus poſſet Tereos ore loqui.
Nulla tamen genitrix: poſitis tot in ordine natis:
Emicuit: cuius nomina fama gerat.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Tullius inde tibi Vulcane eſt Seruius ortus.
Creſſia cui mater Corniculana fuit.
Contigit huic duplex: uario ſed pectore nata.
Hæc maior: fuit hæc tullia dicta minor.
Venter abeſt. Aruntis erat prior: altera luci
Vxor: Tarquinius quos pater ediderat.
Diſſimilis natura fuit: pius ille: ferocem
Hic animum geſſit. diſſimiliſq; torus.
Fata animos iunxere. perit minor. & perit Aruns.
Lucius & Maior conueniuntq; duo.
Quid moror? impulſu iam ſumptæ cuniugis: ille
Regalem aſcendit: corripuitq; gradum.
Dumq; ſocer prodit ſolium capturus: ab illo
Pellitur: & multo uulnere plangit humum.
Audierat coniunx. regem uiſura maritum
Proſiliit: rapidis in fora uecta rotis.
Dum redit: Auriga eſt: uiſo genitore perempto:
Territus: & frenis iam retinebat equos.
Nata uetat. patrioſq; iubet proculcet ut artus
Curribus: & ſcindat uerbere quadrupedes:
Filia dura quidem: atq; omni damnabilis æuo:
Cumq; uiro & natis funere digna graui.
Hippotæ ſergeſta Ioui te filia Trois
Aeole non ficto nixa putatur auo.
Non minus hippotades igitur: q̃ frater Aceſtes
Diceris. hæc natos uos tulit una duos.
Multa ſed ignotis proles tibi matribus orta:
Primaq; Ceycis creditur Alcyone.
Tum Canace & Macareus. uetito quos iunxit amore
Quæ ſolet ignotos iungere ſæpe uenus.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Miſenuſq;:iacens tribuit qui nomina monti
Baiarum:præſtans ære ciere uiros.
Nec non Salmoneus:tonitrum qui imitatus olympi
Fulmine ſub ſtygias eſt reuolutus aquas.
Hoc Tyro genita eſt:neptunno fœta gemellos:
Critheaq; æoliden poſtmodo nacta uirum:
Te Cephalus:procris coniunx:uocat Aeole patrem:
Heſperus:aurora eſt cui pariente ſatus.
Te uocat Iphiclus:cui pota uenena podarcem
Serpentis natum contribuiſſe uolunt.
Rex Athamas uocat: Inoe cui fœta learchum:
Illiſit ſaxo quem pater inde furens:
Et qui portũnus:Melicerta eſt:ſiue Palæmon
Dictus:& Inous de pariente deus.
Prima tamen coniunx Athamanti prodidit hellen
Neiphile:unde helles nomina pontus habet.
Et ſimul aurato uectum ſuper æquora phryxum
Ariete:quum nundum lapſa nataſſet aquis.
E phryxo ignota fluxitq; Cytorus ab aluo:
Paphlagonum de quo terra uocata fuit.
Aeolus eſt Ephiræ tibi rex & conditor altæ
Siſyphe ab antiquis creditus eſſe pater:
Quem fama Ionii:ægæiq; in littoris ora
Abruptum eſt olim corripuiſſe iugum:
Perdere conſuetum ſaxo de monte reuulſo
Fors quibus illorſum ſæua dediſſet iter:
Vnde Acheronte ſitus prægrandi pondere ſaxum
Voluis:& elapſum rurſus ad ima:petis.
Nupta tibi Merope eſt peligni carmine uatis:
Qua Glaucum: & magnum deinde Creonta ſeris:



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Hunc regem accipimus defuncto patre Corinthi
Natam unam: obſcuro ſed genuiſſe toro.
Nata Creuſa fuit. Sponſam hanc non duxit Iaſon:
Cum patre q; rapta eſt Colchidis arte focis.
Bellerephon Glauco eſt ignoto uentre: creatus:
Achimene huic coniunx pignora terna dedit.
Iſandrum: hippolochum: pulchram quoq; laodamiam:
Quæ te Sarpedon de Ioue nixa fuit.
Hippolocho eſt alter Glaucus: ſed ab ubere tecto
Partus. & hic phrygiis mœnibus auxit opem.
Crithea Ventorum genuit rex Aeolus. illi
E Tyro natos quattuor eſſe putant:
E ſona: Medeæ rediit cui fortior ætas
Artibus. hinc pheritas: Alcimedonq; ſubit.
Hinc Amythaon adeſt. Fratres Polymela: & Iaſon
Eſone ſunt orti. nec tamen unde: patet.
Hypſipyle Euneumq;: Thoantaq; gignit Iaſon
Aurato felix uellere nomen habens.
Gignit & obſcuro Philomelum corpore. plutum
Ille. ſed hic nato fit Pareante pater.
Hinc Paron appellant: quæ ſit Minoia primum
Dictaq; hac ſedem fixerit ille ſuam.
Fudit Epitropium Alcimedon. Amythaone creti
Sunt duo: & inde Bias: inde Melampus adeſt.
Nec quibus e thalamis patuit. fueratq; Melampus
Herbarumq; potens: augurioq; ſacer.
Theodamaſq; illo ſatus eſt: non ſegnior augur:
Suffectus titulis Amphiarae tuis.
Mantyona: Antiphatemq; Bias de coniuge pero
Extulit. at geminos Mantyon ipſe creat:



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Formoſum Clytonem: aurora eſt qui raptus ab alma:
Et uatem: nomen cui polyphidis erat.
Ille Theoclimene eſt factus pater augure docto:
Nec tribus his data ſunt ubera certa ſatis.
Antiphate eſt: & mater abeſt: generatus Oicleus.
Hauſtus ab hoc ſatus eſt Amphiaraus humo:
Cui natum Amphilochum peperit coniunx Eriphile:
Quiq; illam Alcmæon perdere ſuſtinuit.
De genitore etiam prodit Catyllus eodem.
Hoc triplex dubiis nixibus inde puer:
Tyburtus ſimul: atq; Corax: Catyllus & alter:
Mœnia ſunt quorum Tyburis aucta manu.

Deorũ Genealogiæ a Pyladæ uerſibus concluſæ.

Liber Quintus.

TAntalus e Plote ẽ nympha tibi iuppiter ortus
Quem natum fama eſt appoſuiſſe deis.
Ille quidem ſuperum fertur conuiua fuiſſe:
Arcanis ſummi nec caruiſſe patris:
Quæ quoniam eſt auſus mortalia ferre ſub ora:
Pectora ſunt multo preſſa dolore Iouis.
Protinus ad ſtygios pulſus fuit ille receſſus:
Pomaq; & inter aquas eſurit atq; ſitit.
Taygeta huic Nioben peperit: quam prole ſuperbam
Teq; uiro Amphion: diriguiſſe canunt.
Edidit & Pelopem: tergo qui inſignis eburno
Fulſit: ubi infernis eſt reuocatus aquis.
Quattuor inde Pelops fœtus tulit hippodamia:
Quam uictam celeri duxerat ille rota.
Lyſidicem matrem Alcmenæ: dirumq; Thyeſten:
Atreumq; ferum: Pliſtheniumq; ſimul.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Perdidit: inq; ulnis Compulit ire neci.
Tum geminas pelago fertur poſuiſſe columnas:
Qua ſeſe Oceano porrigit unda minax.
Atq; duos montes: Abilam: calpenq; reciſos:
Perpetuum ſolitos continuare iugum.
Heſperidum uigili mala aſſeruata dracone
Aurea confecta ſuſtulit inde fera.
Gerionem triplici forma Tarteſia nactum
Littora: & hiſpana ſub dicione pecus:
Strauit. & ablatis gregibus perduxit in ortus
Heſperii magnum quod decus orbis erat.
Thermodontiacam ſpoliauit amazona balteo:
Huncq; Mycenei regis ad ora tulit.
Nec Cacus herculeas uires & pondera clauæ
Fugit: ubi auerſas traxit in antra boues.
Sed iacuit: foribus linquens affixa cruentis
Quæ dederat letho perditus ora uirum.
Centauros ſolita domitos uirtute peremit.
Pirithoi cupidos diſſociare torum.
Amphitryoniadæ pactam quoq; Deianiram
Eurythus optaret quum rapuiſſe ferox.
Fœdifragum rapta fixit Calydonide Neſſum:
Eueni ut tumidas exuperauit aquas:
Sanguine qui moriens tibi Deianira fluentem
Peſtifero ueſtem triſtia dona dedit.
Neleos undenam ſobolem: patriamq; domumq;.
Diruit: in pylios dum grauiora parat.
Vnus abit tanta Neſtor ſubtractus ab ira
Poſſet ut in phrygios utilis ire ſuis.
Bergion Albionemq; tibi Neptunne creatos
Siſtere dum uellent prætereuntis iter:

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Ad rhodanum: & lapidum campum: ceſſante pharetra
Fundere gnoſſiaci noxia tela ſoli:
Imbribus adiutus lapidum: Ioue pauca rogato:
Vicit. & incœptam protulit inde uiam.
Proſtrauit Cetum. ſoluit ſcopuloq; puellam
Heſionam phrygio Laomedonte ſatam:
Mercedem & tedas natæ: tantiq; laboris
Cum patre diuino ſemine pactus equos:
Periurum poſthac regem. & promiſſa negantem
Vltus: in iliacos prælia magna tulit.
Deleuitq; urbem: & populos cum rege peremit:
Abduxitq; illi qui puer unus eat:
Sumere quem priami nomen uicinia fecit
Hunc redimens auri pondere ab hoſte graui.
Extremam italiæ quum prædo lacinius oram
Græcia quæ magna eſt in ſcelus omne daret:
Multaq; diripiens infeſtior omnibus eſſet:
Concidit: alcidæ percutiente manu:
Condita Iunoni qui templa Lacinia dixit:
Quoq; iacent furis mons ſibi nomen habet.
Alcmenæ genito: ſæuorum eſt cauſa laborum
Dixerat Euryſtheus maxima iuno tibi.
Atq; hinc Alciden telo penetrare triſulco
Iunonis mammam non timuiſſe ferunt.
Terrigenum ſuperi ttemerent quum prælia: quiſq;
Interiore poli ſede receptus erat.
Nutabat curuum nimio ſub pondere Cælum:
Caſuros poterat terra timere deos.
Protinus Alcides magno ſociatus Atlante
Orbem humeris ſubiit: ſuſtinuitq; ſuis.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Aut quum feſſus Atlas humerum mutare pararet:
Herculis interea membra tulere polum.
Ductaret quum forte boues Tyrinthius olim
Qua ſiculum cohibent littora longa fretum:
Ecce uorax anus una pecus furata Charybdis
Cœperat abſtruſis occuluiſſe locis.
Amphitryoniades tumidas hanc miſit in undas.
Quas illa abſorbens: ut pecus ante: rapit.
Hinc erycem butæ ſiculas qui rexit habenas
Viribus eximium Cæſtibus ipſe necat.
Plutonem pyliis: ipſo oppugnante: fauentem
Percuſſit teli cuſpide tergemini.
Quod niſi pæoniis foret ille adiutus ab herbis:
Omnia morte premens ipſe peremptus erat.
Erginum Orchomeni mira feritate tyrannum
Suſtulit. atq; urbi libera colla dedit.
Ad Sagarim fluuium qui lydia temperat arua
Sæuus inauditi Corporis anguis erat.
Hic homines rapiens & agros & cuncta terebat:
Qui tamen herculeo robore cæſus obit.
Iuſſus ad heſperios olim dum pergeret ortos
Deuius a recta Cœperat ire uia.
Caucaſon ingreſſus: uinctumq; promethea uidit:
Paſcentemq; iecur non pereuntis auem:
Quem miſerans aquilam fixit. qua cæſa ſagitta eſt:
Dicitur hæc aſtris eſſe relata poli.
Pirithoum Theſeus ſtygias comitatus ad umbras
Stabat in inferno carcere uinctus adhuc.
Id poſtquam Alcides didicit: per operta laconum
Tænaron ingreſſus: limina ditis adit.
Liberat ægiden. Triplici ligat inde catena.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Cerberon.abſtractum donat habere uiro:
Soluit & Alceſten peliæ:pro coniuge mortem
Q uæ ſubit Admeto:uiuus ut ipſe foret.
Rettulit hanc illi.ſtygioq; ex orbe retractam
Rurſus in aerio ſiſtere poſſe dedit.
Comperit infernis quum iam rediiſſet ab undis:
Neſcio quem thebis imperitare lycum.
Cæperat hic ſolium uiolento iure:ſubacta
Herculis & Megara coniuge:lætus erat.
Deiectum regno occidit.thebaſq; tyranno
Soluit:& oppreſſa dempſit ab urbe iugum.
Mox furiis captus:ſæua Iunone magiſtra:
Vxorem & natos ſuſtulit enſe ſuos.
Eurytus Oechaliæ natam promiſerat illi
Rex Iolen ſtabili iungere connubio.
Fallentem Alcides:& tradere uelle negantem
Perdidit:illius cum patriaq; domum.
Inde Iolen raptam tanto dilexit amore:
Illius ut iuſſu quodq; ſubiret opus:
Senſerat id coniunx:& Deianira morantem
Allicere ad ſeſe credula poſſe uirum:
Acceptam a Neſo ueſtem:pia dona marito
Coniugis immemori miſit habenda ſuæ.
Induerat miſſam:quæ dum uenatibus inſtat:
Humidus & toto corpore ſudor abit:
Ipſius occulto penetrauit membra ueneno:
Q uod:niſi mors potuit dura leuare nihil.
Concidit ille igitur muliebri uictus amore:
Q ui nihil inuictum liquit in orbe ferox.

F I N I S

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

12/629

# Diuina proportione

Opera a tutti glingegni perſpi-
caci e curioſi neceſſaria Oue cia-
ſcun ſtudioſo di Philoſophia:
Proſpectiua Pictura Sculptu-
ra: Architectura: Muſica: e
altre Mathematice: ſua-
uiſſima: ſottile: e ad-
mirabile doctrina
conſequira: e de
lectaraſſi: cõ va
rie queſtione
de ſecretiſſi
ma ſcien-
tia.

M. Antonio Capella eruditiſſ. recenſente:
A. Paganius Paganinus Characteri
bus elegantiſſimis accuratiſſi
me imprimebat.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## Caietani Cremonenſis Epigrãma

Natura omniparens produxit corpora quinque.
Simplicia hæc certo nomine dicta manent.
Compoſito in numerum Cõcurrũt addita cuiq;.
Atque inter ſe ſe Conſociata Vigent.
Condita principio pura & ſine labe fuere.
Noia ſunt aer Cœlum Aqua flama & humus.
Fœtibus innumeris Voluit plato maximus illa.
Eſſe: vbi eſt primum ſimpta figura: dare.
Sed quia naturæ lex nil concedit inane.
(In cœlo & Mundo dixit Ariſtoteles.)
Quodq; vnum ꝑ ſe poſitum ẽ: Caret atq; figura.
Nulla ſubeſt oculi Suppoſito ſpecies.
Propterea Euclidæ ſublimius atque Platonis.
Ingenium excuſſit Sphærica quinque alia.
Iocunda aſpectu & multum irritantia Senſum.
Monſtrauere baſes vt latus omne docet.

## Sonetto del auctore

Cinque corpi in natura ſon producti.
Da naturali ſemplici chiamati.
Perche aciaſcun compoſito adunati.
Per ordine concorran fra lor tutti.
Immixti: netti: e puri fur conſtructi.
Quattro elementi e ciel coſi nomati.
Quali Platone vol che figurati.
Leſſer dien a infiniti fructi.
Ma perche el uacuo la natura abhorre.
Ariſtotil in quel de celo & mundo.
Per ſe non figurati volſſe porre.
Pero lingegno geometra profondo
Di plato e de euclide piacque exporre.
Cinqualtri che in ſpera volgã tũdo.
Regolari: daſpeto iocundo.
Cõme vedi de lati e baſi pare.
E vnaltro ſexto mai ſepo formare.

FINIS

## Corpora ad lectorem.

El dolce fructo vago e ſi dilecto.
Cõſtrinſe gia i Philoſophi cercare.
Cauſa de noi che paſci lintellecto.

## Diſticon ad idem

Quærẽ de nobis fructus dulciſſimus egit
Philoſophos cãm mẽs vbi læta mãet.

## Corpora loquuntur

Qui cupitis Reꝝ varias cognoſcere cãs
Diſcite nos: Cũctis hac patet vna via

FINIS

UNIVERSITY OF LONDON

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Excellétiſſmo Rei publicæ Florentinæ principi perpetuo. D. Petro Soderino. Frater Lucas Patiolus Burgenſis Minoritanus & ſacræ Theologie profeſſor. F. D.

CVm in his diſciplinis: quas græci Mathematicas apellant non minus vtilitatis: quam voluptatis inſit princeps patria iſta clariſſima Digniſſime: quod tbi qui eas in primis calles: quod fratri Cardinali ſapiétiſſimo. Et patrono ſingulari meo: quod Ioáni Victorio I. V. eximio fratri optimo: quod Thomæ: Ioáni baptiſtæ nepotibus: quod Soderinæ deniq; familiæ omni: notiſſimum eſt: & quaſi hereditario iure proprium: vt in hac videlicet facultate omnes excellatis. Ideo nouum: hoc opus quod iampridem parturiebam tibi vni dicare conſtitui. Vt cum vobis omnibus ſemper cariſſimus vixerim habeam quo pacto ſatiſfaciam in parte omnibus hæc igitur facultas: cum tanti fructus: tantæq; voluptatis ſit: quantum & ipſe agnoſcis & probas: mirum dictu: q̃ paucos patronos peritos ſui habeat. Ego vero qui a teneris (vt aiunt) vnguiculis pertinaciſſimo ſtudio in his aliquem profictum aſſecutus multorum iudicio viderer. Iampridem opus illud emiſeram: in quo omnem pene rationem huius diſciplinæ cõplexus fueram vernacula lingua quod Guidoni feltrio annis ab hinc aliquod dicatum a me: Venetiis impreſſum legitur. Acceſſit nunc ad eam curam: vt confluente ſtudioſorum copia Megarenſis Euclidis elementa lingua patria donare coactus ſim: ceſſit id diis bene iuuantibus fæliciſſime. Nec vero multo poſt ſpe animos alétes libellum cui de diuina proportione titulus eſt: Ludouico Sphorciæ Duci mediolanenſi nuncupaui. Tanto ardore vt ſchemata quoq; ſua Vincii noſtri Leonardi manibus ſcalpta: quod opticen inſtructiorem reddere poſſent addiderim. Eum ego illi adhuc viuenti: magnis ab eo donatus muneribus obtuleram. Fecerantq; donationem illam noſtram Iucundiorem Duo Romanæ eccleſiæ lũina: qui teſtes aderát: Eſtenſis. S. & ſapientiſimus frater tuus Cardinales Franciſco pepo ciue præſtantiſſimo & tunc temporis cum fratre tuo oratore Clariſſimo rem probante. Hunc vero tibi i præſentia: qui amiſſum labente Ludouici principatu libellum recuperaſti: Iure tuo vendicabis in quo ſepoſitis publicis curis: animum interdum oblectes & nequid ſine auctario veniat libellos duo velut appendices addidi alter veterum caracterum formam exactiſſimam quandam continet: in quo lineæ curuæ & recte vis oſtenditur. Alter quaſi gradus neſcio quos architectis ſtruit: & marmorariis noſtratibus: qui & ipſi libelli familiarium tuorum nomine: eorundemq; municipis meorum circumferatur. Vt cum tibi omnia ſua debeant: hac quoq; imparte tibi non poſſint non debere. Cæterum tibi vni: Id totum nominatim inſcribimus quo ſi vera fateri velim nihil habeant mathematicæ diſciplinæ: vel ſublimius: vel rarius: vel vtilius. Hoc igitur opus veluti Theſaurum reconditum inclinante Iam ætate mea: poſteritati inuidere nolui. Cum præſertim tibi vni dicari poſſet. Qui præſtantiſſimus omni virtutum genere his & vitæ colore principes noſtræ tempeſtatis facile excellas in hoc. n. finem ipſum quod ab omnibus expetitur aſſequere: cum actiuam partem ipſam in vniuerſum attingerit. Qui tibi ſcio tanto iucundior erit: quo & ſchemata ipſa Domi induſtria noſtra habeas. Sed & res ipſa ingenii plena cõmendatiorem ſeſe ipſa reddet. Nec vero vernacula hæc & patria ipſa lingua te offendere debeat: cum tãto ampliorem fructum allaturus hic ſit: quáto plures illum legent. Cum præſertim ingenium in his non eloquentiam reqras. Quod tu:Raterq; tuus Cardinalis Voleteranus: Cui vitam ipſam debeo: tam bene noſtis: q̃ ego bene vobis ſemper opto. Vale & Salue. Venetiis. V. Idus Iunnii. M. D. VIIII.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Magnifico & Clariſſimo Andreæ Mocenico Veneto patricio Viro Magnifici & generoſiſſimi. D. Leonardi olim Sereniſſimi philoſopho inſigni atq; in omni genere doctrinæ ſpectatiſſimo Danielis Caietani Epiſtolium.

DElectat me nimis fortuna ſæculi hodierni. Magnifice Andrea. nuper edito libro de diuina proportione inſcripto p Magiſtrum Lucam paciolum a burgo Sancti Sepulchri maximum minoritanæ ſectæ ornamētum quoi ambigo an quempiam deiceps in arithmetice parem Conſpicaturi ſimus. Ecce cū primum affui (nanque vt frequentiſſime ſoleo illum domi forte ſalutaueram.) offendi Circa repetionem libri occupatum rogo nunquid me velit. Cōtra ille nihil niſi vt me ames & diuinam pportionem meam cognoſcas quam chalcographi nūc premūt. Gauiſus ſum ilico mirum inmodum quod tanti tamq; rari atque incogniti arcani thenſauro Seculum nr̄m donetur In quo fama quidem authoris ſed Sientia non minus Creſcit alienat adeo fideliter Subtiliter acute res altas atque alioꝝ Captu lōge Sepoſitas tractat enucleat: vt quod nullus in id genus pfeſſione ad hanc vſq; diē aut compræhēdere potuit aut ſciuit: hic Solus ſui altiſſimi intellectus indagine Cōquirit atq; veſtigat. Dicit diſpoſite magna acrimonia maxima diſciplina ad hanc materiam: vt q in ea diutiſſime verſati ſunt nō eant inficias Lucam paciolum eſſe alteꝝ nr̄e etatis Nicomachū q numeri & mēſuræ diſcipliam difuſiſſime ſcripſit. Itaque vt primum potui p occupationū meaꝝ ſequeſtram remiſſionem deliberaui ipætum incredibilis lætitiæ tibi Andrea vir rariſſmæ pbitatis & ſcientie hoc epiſtolio meo relaxare: magis tua cauſa haud ſat ſcio q ſemper extitiſti reꝝ optimarum ſitientiſſimus lector & iudex indubitatus q̄ ipſius materie quæ rara eſt arguta Callida atq; argumentoſa. Sed hoc præclariſſimum opus de diuina pportiōe ſolius lucæ pacioli magiſtri in ſacræ theologiæ adytis exquiſitiſſimi atq; in numeraria diſciplina mirādi temporibus noſtris ſub tuæ cōſcientiæ contēplatione tuæq; doctrinæ cenſura acerrima laudatiſſimum exit in manus atq; in vulgatur aqua nihil vnquam probatum fuit niſi quod laudatiſſimum eſſet hæc vna vel ſola vel maxima mihi fuit ſcribendi Cauſa qua te ſcilicet a profundo rerum publicarum extractum ad capaſſendæ tantæ doctrinæ ſtudium incitarem: quod eo facilius me impetratuꝝ confido quia tibi æui animiq; vigor obtigit integer ex quo patauium ad illū meraciſſimum ſcientiæ fontem laudabili auiditate profectus cum ingenti totius gymnaſii applauſu titulum veri atq; abſolutiſſimi philoſophi reportaſti. In hoc autem euigilatiſſimo tractatu non ſolum reperturus es ipſe quod diſcas ſed & relaturus fortaſſe quod doceas. Multa audiſti multa per te ipſe Conquiſiuiſti mathematico auſpicatu optimo atq; phyſionomorum quos doctores miro ſtudio æmulatus es. Sed ad hanc materiam nullum facile iudices extitiſſe ad preſens vſq; doctorē qui huic in hoc genere conferendus ſit (pace aliorum dixerim) Ad hoc ēt illud quod ſubiectum certe formidandum tanta facilitate proſequitur vt a promptæ & planæ diſputationis comuniōe ne idiotarum quidem aut imperitorum ſiſcitatio repudietur: quemadmodum in Euclide cernere eſt quem de rhomano Vernaculum fecit nihil ab opinione Caſtigatiſſima domini Campani declinans quem ſūmopere pbat & ſequitur Sed tandem Epiſtole manus extrema imponatur in qua pauca hæc de intimis delibaui. Tu vero Cenſor maxime lege vt primum legeris Competenti præconio extollenda iudicabis. Vale ex patauio. VII. Idus maias. M.D.VIIII.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# NOMINA ET NVMERVS CORPORVM

| | | |
|---|---|---|
| Terahedron. | τετραεδρον. | Tetraedron. |
| 1 Planum ſolidum. | επιπεδον στερεον. | Epipedon ſtereon. |
| 2 Planum vacuum. | επιπεδον κενον. | Epipedon cenon. |
| 3 Abſciſum ſolidum. | αποτετμημενον στερεον. | Apotetmimenon ſtereon. |
| 4 Abſciſum vacuum. | αποτετμημενον κενον. | Apotetmimenon cenon. |
| 5 Eleuatum ſolidum. | επηρμενον στερεον. | Epirmenon ſtereon. |
| 6 Eleuatum vacuum. | επηρμενον κενον. | Epirmenon cenon. |
| Exahedron ſiue Cubus. | εξαεδρον η. κυβος | Hexaedron. I. cybos |
| 7 Planum ſolidum. | επιπεδον στερεον. | epipedon ſtereon. |
| 8 Planum vacuum. | επιπεδον κενον. | Epipedon cenon. |
| 9 Abſciſum ſolidum. | αποτετμημενον στερεον. | Apotetmimenon ſtereon. |
| 10 Abſciſum vacuum. | αποτετμημενον κενον. | Apotetmimenon cenon. |
| 11 Eleuatum ſolidum. | επηρμενον στερεον. | Epirmenon ſtereon. |
| 12 Eleuatum vacuum. | επηρμενον κενον. | Epirmenon cenon. |
| 13 Abſciſum eleuatũ ſolidum. | αποτετμεμενον επηρμενον στερεον | Apotetmimenon epirmenon ſtereon. |
| 14 Abſciſum eleuatum vacuum. | αποτετμημενον επηρμενον κενον | Apotetmimenon epirmenon cenon. |
| Octahedron. | οτκαεδρον. | Octaedron. |
| 15 Planum ſolidum. | επιπεδον στερεον. | Epipedon ſtereon. |
| 16 Planum vacuum. | επιπεδον κενον. | Epipedon cenon. |
| 17 Abſciſum ſolidum. | αποτετμημενον στερεον. | Apotetmimenon ſtereon. |
| 18 Abſciſum vacuum. | αποτετμημενον κενον. | Apotetmimenon cenon. |
| 19 Eleuatum ſolidum. | επηρμενον στερεον. | Epirmenon ſtereon. |
| 20 Eleuatum vacuum. | επηρμενον κενον. | Epirmenon cenon. |
| Icoſahedron. | εικοσαεδρον. | Icoſaedron. |
| 21 Planum ſolidum. | επιπεδον στερεον. | Epipedon ſtereon. |
| 22 Planum vacuum. | επιπεδον κενον. | Epipedon cenon. |
| 23 Abſciſum ſolidum. | αποτετμημενον στερεον. | Apotetmimenon ſtereon. |
| 24 Abſciſum vacuum. | αποτετμημενον κενον. | Apotetmimenon cenon. |
| 25 Eleuatum ſolidum. | επηρμενον στερεον. | Epirmenon ſtereon. |
| 26 Eleuatum vacuum. | επηρμενον κενον. | Epirmenon cenon. |
| Dodecahedron. | δωδεκαεδρον. | Dodecaedron. |
| 27 Planum ſolidum. | επιπεδον στερεον. | Epipedon ſtereon. |
| 28 Planum vacuum. | επιπεδον κενον. | Epipedon cenon. |
| 29 Abſciſum ſolidum. | αποτετμημενον στερεον. | Apotetmimenon ſtereon. |
| 30 Abſciſum vacuum. | αποτ3τμημενον κενον. | Apotetmimenon cenon. |
| 31 Eleuatum ſolidum. | επηρμενον στερεον. | Epirmenon ſtereon. |
| 32 Eleuatum vacuum. | επηρμενον κενον. | Epirmenon cenon. |
| 33 Abſciſum eleuatum ſolidum. | αποτετμημενον επηρμενον στερεον | Apotetmimenon epirmenon ſtereon. |
| 34 Abſciſum Eleuatum vacuum. | αποτετμημενον επηρμενον κενον. | Apotetmimenon epirmenon cenon. |
| Vigintiſex baſium. | εικοσιεξαεδρον. | Icoſiexaedron. |
| 35 Planum ſolidum. | επιπεδον στερεον. | Epipedon ſtereon. |
| 36 Planum vacuum. | επιπεδον κενον. | Epipedon cenon. |
| 37 Abſciſum eleuatum ſolidum. | αποτετμημ3νον επηρμενον στερεον | Apotetmimenon epirmenon ſtereon. |
| 38 Abſciſum eleuatum vacuum. | αποτετμημενον επηρμενον κενον | Apotetmimenon epirmenon cenon. |
| 39 Septuaginta duaꝝ baſiũ ſolidum. | εβδομηκονταδισαεδρον στερεον. | Hebdomeconta diſſaedron ſtereon. |
| 40 Septuagintaduaꝝ baſiũ vacuum. | εβδομηκονταδισαεδρον κενον. | Hebdomeconta diſſaedron cenon. |
| 41 Colũna laterata triãgula ſolida ſeu | κιων πλευρωδης στερεος | Cion pleurodis trigonos ſtereos. |
| corpus ſeratile. | η σωμα κλειστον. | I ſoma cliſton. |
| 42 Colũna laterata triãgula vacua. | πυραμις πλευρωδης τριγωνος στε | Pyramis pleurodis trigonos ſterea. |
| 43 Pyramis laterata triãgula ſolida. | ρεα. κιον πλευροδης τριγονος κενη | Cion pleurodis trigonos Ceni. |
| 44 Pyramis laterata triangula vacua | πυραμις πλευρωδης τριγονος κενη | Pyramis pleurodis trigonos ceni. |
| 45 Colũna laterata quadrãgula ſolida | κιων πλευρωδης τετραγωνος στερεος | Cion pleurodis tetragonos ſtereos. |
| 46 Colũna laterata q̃drãgula vacua. | κιων πλευροδης τετραγονος κενος | Cion pleurodis tetragonos cenos. |
| 47 Pyramis laterata q̃drãgula ſolida. | πυραμις πλευρωδης τετραγονος | Pyramis pleurodis tetragonos ſterea. |
| 48 Pyramis laterata q̃drãgula vacua. | στερεα. πυραμις πλευρωδης τε | Pyramis pleurodis tetragonos ceni. |
| 49 Colũna laterata pẽthagona ſolida. | τραγωνος κενη. | Cion pleurodis pentagonos ſtereos. |
| | κιων πλευροδης πενταγονος στερεος | |



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

50 Colũna laterata pẽthagona vacua.
51 Pyramis laterata pẽthagona ſolida.
52 Pyramis laterata pẽrhagõa vacua.
53 Colũna laterata exagona ſolida.
54 Colũna laterata exagona vacua.
55 Pyramis laterata triangula inequi-
latera ſolida.
56 Pyramis laterata triangula inequi
latera vacua.
57 Colũna rotunda ſolida.
58 Pyramis rotunda ſolida.
59 Spera ſolida.
60 Pyramis laterata exagona ſolida.
61 Pyramis laterata exagona vacua.

κιον ϖλευροδης ϖενταγονος κενος
ϖυραμις ϖλευρωδης ϖενταγονος
ϛερεα.
ϖυραμις ϖλευρωδης ϖενταγονος
κενη.
κιων ϖλευροδης εξαγωνος ϛερεος.
κιων ϖλευροδης εξαγωνος κενος.
ϖυραμις ϖλευςωδης τριγωνος ανι
ςοϖλευρος ϛερεα.
ϖυραμις ϖλευρωδης τριγωνος ανι
ςοϖλευρος κενη.
κιων ϛρογγυλος ϛερεος.
ϖυραμις ϛρογγυλη ϛερεα.
ςφερα ϛερεα.
ϖυραμης ϖλευρωδης εξαγωνος ϛε
ρεα.
ϖυραμις ϖλευροδης εξαγονος κενη

Cion pleurodis pẽtagonos cenos.
Pyramis pleurodis pẽthagonos ſterea.
Pyramis pleurodis pentagonos ceni.
Cion pleurodis hexagonos ſtereos.
Cion pleurodis hexagonos cenos.
Pyramis pleurodes trigonos.
Niſopleuros ſterea.
Pyramis pleurodis trigonos aniſopleu
ros ceni.
Cion ſtrongylos ſtereos.
Pyramis ſtrongyli ſterea.
Sphera ſterea.
Pyramis pleurodis exagonos ſterea.
Pyramis pleurodis hexagonos ceni.

¶ Lectore le ſequenti parole porrai formaliter nel. Cap. L. Al fin dela colona doue dici abſciſo fo detto nõ e ſequitã queſte poſſibile che cauſino angulo ſolido e formaſe dal precedente nella terça parte deciaſcũ ſuo lato vniforme tagliato & cetera. XIX. XX. ¶ Loctocedron eleuato ſolido &c. Puoi ſequita el principio dela ſequente colõna videlicet lido ouer vacuo fo per errore ſcorſo.

¶ Le ſequenti videlicet ſuperficie. E. 24. piu. ℞. 6912. e laquadratura e ℞. 8192. Porrai infine del caſo. 4. del. 3. tractato acarti 12. douedici e tal corpo tutto e ℞. 40. ela &c. ſequita ſuperficie e. 24. & cetera e fia finito el caſo ſeque el principio de laltra colonna. ¶ Lectore & cetera.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

TAula dela preſente opera e vtiliſſimo compendio detto dela diuina proportione dele mathematici diſcipline e lecto. Compoſto per lo Reuerendo patre de ſacra theologia ꝓfeſſore. M. Luca paciolo dal borgo Sã Sepolchro de lordine deli Minori e alo excellentiſſimo e potentiſſimo prencipo Ludouico. Ma. Sfor. Anglo. Duca de Milano dela. D. Cel. ornamẽto e de tutti lr̃ati e uirtuoſi maxio fautor̃ dicato.

¶ Acio piu facilmente quel che inqueſto ſe contene ſe habia ritrouare la ſequente taula el lectore obſeruara nellaquale prima ſira la coſa che ſuole e poi el numero deli capituli aquanti la ſia.


¶ Epiſtola a lo excellentiſſi. ꝑncipe Lu. Ma. Sfor. an. D. de milano. C. I.
¶ Cõmendatiõe dela ſua Magnifica corte equalita de hoi inogni grado che quella adornano. ¶ Clariſimi theologi edigniſſimi dela ſacra ſcriptura preconi del ſeraphyco ordine minore.
¶ Illuſtre. S. Galeaçço. S. S. ſuo general capitano.
¶ Medici e aſtronomi ſupremi de ſua. D. celſitudine.
¶ Cõdictiõe de ſuo digniſſimo magiſtrato. ¶ Leõardo vinci fiorẽtino.
¶ Iacomandrea da ferara. Alteçça e grandeçça delladmiranda eſtupẽda ſua equeſtre ſtatua epeſo quando ſia gittata cõmendatione del ſimulacro de lardente deſiderio de noſtra ſalute nel tempio dele gratie.
¶ Auree & melliflue parolle de ſua ducal celſitudine de ſanctiſſima ſcĩa.
¶ Coſtume e qualita del preſente auctore e de laltre opere per lui facte.
¶ Excitatione e cauſa che aqueſto compendio lo induſſe e perche.
¶ Cõmendatione e cõdictione del preſente cõpendio e ſua continentia.
¶ Cõmo ſença la notitia dele diſcipline mathematici non e poſſibile alcuna bona oꝑatione. ¶ Exortatiõe de ſua celſitudine a ſuoi cari familiari e reuerẽti ſubditi ala q̃ſto de q̃lle. ¶ Cõme le coſe falſe aleuolte ſõno vtili.
¶ Prohemio del preſente tractato o ṽo cõpendio dicto deladiuina ꝓportiõe. Cap. II. ¶ Cõmo dal vedere ebbe initio el ſapere.
¶ Cõmendatiõe deli corpi mathematici e ꝑche de ſua ꝓpria mão lauctor li feci e col pñte cõpendio a ſua cel. la preſento. ¶ Cõmo le deſcipline mathematici ſõno fondamẽto e ſcala de ꝑuenire ala notitia de ognaltra ſcĩa.
¶ Cõmo ſua cel. ſira cauſa al tẽpo ſuo in q̃lle el ſeculo renouare. ¶ Cõmo i ſuo ex. do. acreſcera ꝓbita in ſuoi ſubditi ala deffenſione de q̃llo ſemꝑ pati.
¶ Archimẽide ſiracuſano diffeſe la patria cõtra limpeto deli romani cõ ĩgegni e inſtrumenti medianti le mathematici.
¶ La felicisſima ſua paterna memoria. Duca Franceſco Sfor.
¶ Cõmo nõ e poſſibile ladefenſione dele republiche ne ꝑfectiõe de alcuno exercito militare ſença la notitia de Arithmetica Geome. e ꝓportiõi.
¶ Cõmo tutte artegliarie inſtrĩ e machiẽ militari ſonno facte ꝑo li deſcipline mathematici. ¶ Cõmo tutti repari muraglie e forteçça roche ponti e baſtioni ſimilmente ſon formate con dicte diſcipline.
¶ Cõmo li antichi romãi ꝑ la diligẽte cura de ĩgegnieri forõ victorioſi.
¶ Ruberto valturri peritiſſimo arimineſe.
¶ Iuliocesaro feci lartificioſo ponte alrodano.
¶ Dela felicisſima ſua paterna mẽoria. Duca franceſco Sfor. canapi groſſiſſimi delo induſtrioſo ponte alteuere.
¶ Federico feltrenſe ſuo ſtrecto affine Illuſtriſſimo Duca de vrbino de tutte machine e inſtrumenti militari antichi e moderni el ſuo degno palaço deuiua pietra cinſe.
¶ Gioani ſcoto ſubtiliſſimo theologo e digniſſimo matematico.
¶ Le opere de a ℞. difficili tutte per la ignorantia dele mãtematici.
¶ Bartolo de ſaxo ferrato legiſta eximio cõle mathematici faci latebeřia.
¶ Penuria de buoni aſtrologi per deffecto dele dicte mathematici.
¶ Cagione dela rarita de buoni mathematici.
¶ Prouerbio magiſtrale de mathematici e tuſco.


Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute